





*19* 5  
Fri. 30. num. 24.  
**DISSESSATIO IVRIDICA  
DE  
VSVFRVCTV MATERNO**

IN BONIS LIBERORVM  
SECUNDVM IVS GERMANICVM  
GENERATIM ET REMISSIVE

*P. 241* 5  
QVAM  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO ATQUE POTENTISSIMO PRINCIPPE  
AC DOMINO  
**DNO FRIDERICO II**  
HASSIAE LANDGRAVIO RELIQUA

*P. 241* 5  
PRAESIDE  
ACADEMIAE PROCANCELLARIO  
**D.AEM.LVD.HOMBERGK<sup>ZV</sup>VACH**

SERENISSIMO IN REGIMINE AB INTIMIS  
VTRIQUE CELSISSIMAE DOMVI HASSIACAE  
IN IUDICIO AVLICO A CONSILIIS  
IVRIS PROFESSORE PRIMARIO

AD D. XXVII. IULII ANNO MDCCCLXXV.

H. L. Q. S.

PUBLICAE COMMITTONVM DISQVISITIONI

SUBMITIT

**GVILIELMVS FRIDERICVS A WVRMB**  
EQUES SAXO MARBURGO HASSVS

MARBURGI CANTORVM  
EX OFFICINA MULLERIANA





SERENISSIMO AC POTENTISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO  
DOMINO  
**FRIDERICO II**

HASSIAE LANDGRAVIO PRINCIPI HERSFEL-  
DIAE COMITI CATTIMELIBOCI DECIAE  
ZIEGENHAINAE NIDDAE SCHAVM-  
BVRGI HANOVIAE RELIQVA  
ORDINVM PERISCELIDIS CAERVLEAE  
ET AQVILAE NIGRAE EQVITI

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO  
DOMINO  
**FRIEDRICO II**

HASSE LANDGRAVIO PRINCIPI HERZEL  
DIE COMITI CATTIMERHOEI DUCIVE  
SILENTIUM NODUS SCHAM  
DARGI HANOVAE MUNIA  
ORDINUM FRANCICORUM CAVALLERIAE  
ET TEMPLI MUNIES EQUITI

DOMINI SAO CLEMENSISMO

SERENISSIME PRINCEPS  
CLEMENTISSIME DOMINE

**Q**uod si gratum animum beneficia pos-  
scunt, atque inter haec merito reputa-  
tur maximum, ubi Principalis favor temperet  
dispellatque fatorum nubes: Is certe ego, SE-  
RENISSIME PRINCEPS, qui a pri-  
ma aetate utrisque orbatus parentibus et  
humana destitutus ope, sola TVA subleua-  
nus gratia emersti in tutum erectosque nunc  
tandem ad Numen tuum valeo extollere vul-  
tus. Non mirum ergo, quod memet vicissim  
et ipsum, TVA voluntate subleuatum, vires  
meas cunctas tua liberalitate explicatas et  
quidquid unquam boni ex illis scaturire pote-  
rit, TIBI INDVLGENTISSIME PRIN-  
CEPS offeram, dedicem consecremque cum  
tenerrimo animi deuotissimi affectu. Est si-  
quidem velut primus lacertorum nisus, quod  
dispu-

tationem banc publice defendere sustineam, ut  
properando ad metam Academici studii et mibi  
ipſi periculum et aliis documentum facerem,  
me, quod doctioribus visum, non inuita minerua  
ad alia mox transire praeoptantem negotia et ad  
quaecunque demum, quae gratia tua CLEMEN-  
TISSIME DOMINE! me exequi iussit, haud  
damnando voto adspirare. Vehementer enim  
desidero, ut per facta ipſa mea et uniuersam  
vitam dignoscar ab omnibus

SERENISSIME PRINCEPS  
CLEMENTISSIME DOMINE

TIBI  
Subiectissimus  
GVILIELMVS FRIDERICVS  
A WVRMB

## CONSPECTVS DISSERTATIONIS

- §. I. *Introitns.*
- §. II. *Matri moribus totius fere Germaniae competit ususfructus in bonis liberorum.*
- §. III. *Vsusfructus materni definitio.*
- §. IV. *Fontes ususfructus materni in Germania tot se- re, quo paterni esse noscitur causa.*
- §. V. *Prima ususfructus materni causa in Germania est potestas parentalis,*
- §. VI. *Quam matri aequa ac patri competere tum ex legibus antiquis et morum Germaniae analogia,*
- §. VII. *Tum ex legibus provincialibus et statutis ciuitatum recentioribus iam pri- dem euiculum est,*
- §. VIII. *A que testimoniis do- ciliis morum Virorum com- probatur,*
- §. IX. *Ita quidem, ut po- testas bac patre mortuo ma- tri priuatae competit*
- §. X. *Et quidem sub nomine tutelae in vernacula Vor- mundschaft.*
- §. XI. *Quod principium licet Franci et Saxones antiquissimo aeuo non agnouerint,*
- §. XII. *Postea tamen penes utrumque populorum reli- quorum exemplo iuri materni locum datum fuisse.*
- §. XIII. *Vnde ad primam ususfructus materni causam prona consequentia.*
- §. XIV. *Dubia quaedam tol- luntur.*
- §. XV. *Objecio a potestatis maternae per iuris Romanis receptionem facta abrogatio- ne petita diluitur.*
- §. XVI. *Quaestio: num ado- ptio inter causas ususfructus parentalis referri possit? Re- spectu patris in medio reli- gia*
- §. XVII. *Ratione matris ad- optantis negatur.*
- §. XVIII.

- §. XVIII. Altera causa usus fructus parentalis vel prolium esse potest tam iure naturali.
- §. XIX. Quam iure et moribus patris
- §. XX. Non tantum respectu patris, sed etiam matris, hinc respectu utriusque parentum.
- §. XXI. Quod expressis etiam legum et statutorum sanctionibus passim cautum.
- §. XXII. Tertia ususfructus materni causa est communio bonorum connubialis cum universalis
- §. XXIII. Tum particularis
- §. XXIV. Quarta ususfructus materni causa in statutorum sanctionibus expressis

§. XXV. Quinta causa ususfructus maternus in Germania ius devolutionis, quod passim usu seruatur.

§. XXVI. De iuribus et obligationibus matris fructuariæ generalia.

§. XXVII. De diversa qualitate bonorum ususfructus materno obnoxiorum.

§. XXVIII. De statu et conditione diversa personarum ususfructum maternum regulariter non impidente.

§. XXIX. Quibus modis ususfructus maternus finitur.

§. XXX. An et quatenus in Germania pro ususfructu materno sit presumtio?

§. XXXI. Conclusio dissertationis.



DISSERTATIO IURIDICA  
DE  
VSVFRVCTV MATERNO  
IN BONIS LIBERORVM  
SECUNDVM  
IUS GERMANICVM GENERATIM  
ET STRICTIM.

---

§. I.  
INTROITVS.

**R**em nec nouam nec intentatam aggredi-  
mur, sed vt fidem datam liberemus, in  
argumento a doctissimis Viris tractato et pertra-  
ctato ita saltem versari apud animum constitu-  
tum est, vt praemissis principiis, quae vniuersa

**A** Ger-

2 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

Germania partim agnoscit, partim vero passim aut seruavit aut hodienum seruat, tanto facilius transire nobis liceat ad ius Hassiacum, quanto magis interesse videtur, ut cognitis his, quae tot prouinciis communia sunt iura, videamus, in quantum vel conueniant vel ab illis discrepant domestici iuris nostri rationes.

§. II.

MATRI MORIBVS TOTIVS FERE GERMANIAE  
COMPETIT VSVFRVCTVS IN BONIS  
LIBEROKVM.

Videlicet quod ipso rectae rationis dictamine annuente matri nuper in bonis liberorum assertum iuimus fructuarium commodum (a) idem illud a moribus maiorum nostrorum non solum non abhorrere, sed etiam iisdem a posteriori minimum conuenire et vel hodie, vbi ius Romanum non praeualuit, matri competere nobis dandum esse arbitramur, cum non tantum virorum doctissimorum autoritate, sed etiam legum, statutorumque robore firmo satis

a) in dissertatione de usufructu tam secundum ius naturale, quam  
et ius materno in bonis liberorum Romanum, Marburgi 1723

talo stet haec sententia. Id vero, quem piis  
 IOANNIS PETRI A LVDEWIG (b) IOAN.  
 GOTTLIEB HEINECCI (c) manibus atque  
 perillustris BRAVNII (d) in hoc argumen-  
 tum meritis debemus honos, sibi videtur ex-  
 poscere, ut ad autoritatem eorum yelut auto-  
 rum in eo facile principum lectores nostros re-  
 mittamus. Neque quantum ad iura prouinci-  
 alia atque statuta locorum attinet, nos fallere,  
 ex his, quae sequuntur, apparebit. Laudan-  
 da pariter nobis est C. F. HARPPRECHTI (e)  
 magna, qua Vir tantus in hac mareria versa-  
 tus est industria. Quamuis enim statutis ceu  
 legibus recenter latis adscribat, quod ab antiquo  
 per tot saecula in plurimis Germaniae pro-  
 uinciis obtinuerat nec exoleuerat ius, atque adeo  
 nisi lege prouinciali vel statuto nitatur, non  
 agnoscat usumfructum maternum, quin licet  
 Romana mensura cum passim tefellerit in re-

## A 2. usumfructu bus

- b) In different. Iuris Romani et Germanici in tutelis maternis et Germanici in tutelis maternis Differ. XVI Opusc. Tom. II. Lib. IV. Opusc. IV. col. 1157, seq.
- c) in diff. de usumfructu materno Iuris Germanici in Opusc. Exerc. XV. p. 308.
- d) in Comment. de usumfructu parentum in bonis liberternis Differ. XVI Opusc. Tom. II. Lib. II. Dissert. infra citandum.
- e) Vol. II. Dissert. infra citandum.

## DISSERTATIO IURIDICA DE USUFRVCTV

bus Germanicis, tamen tantum abest ut me-  
ritis eius quid detraictum velimus, ut potius iis  
iustum pretium statuendum arbitremur et sta-  
tuamus ut fas est.

§. III.

### VSUFRVCTVS MATERNI DEFINITIO.

Vfusfructus appellatione non seruitutem,  
qualem Romani conceptu formant, nos com-  
plecti, in primordio *dissertationis praeliminaria-*  
*ris* (a) qua de argimento hoc exponere in-  
cepimus, iam pridem dictum est. Sermo no-  
bis est de iure, quo mater connubio morte so-  
lito in bonis liberorum gaudet, facultate im-  
primis vtendi, fruendi vtili atque accepro.  
Qua quidem qualicunque descriptione olim  
data, nunc seposita adoptare nobis licet ple-  
niorem HEINECCI definitionem (b), quod  
sit *ius*, quo mater superstes bona a defuncto  
marito relictæ aequæ ac sua administrat, hac le-  
ge ut liberos communes inde alat, adultos, pro-  
ut familiae dignitas ac conditio exigere videtur,

elocet

a) de usufructu parentum in b) I. e. §. III, pag. 571. o.  
Hafsa §. III. præcutorum.

elocet, nec tamen ad eriscundam familiam redendasque rationes obstricta sit, quamdiu in alterius viri thorum non concesserit. Hunc, non alium vsumfructum nos sub oculis habere vel verbo monuisse sufficiat, (c) quanuis idem ille, de quo locuti sumus vsumfructus, pro locorum et morum statutorumne diuersitate variet. In vernacula dicitur *Lyftocht*, sive *Leibzucht*, *Leibzucht-Recht*, *Leibgeding*, *Beyseß*, *voelliger Beyseß*, *Genuss*, *Gebrauch*, *Niesbrauch*, *Nutznieſung*, *vollfaendige Nutznieſung*, quas quidem denominationes egregie illustravit IOANNES FRIDERICVS WAHL. (d) Differentiā tamē inter has denominationes statuit consulissimus ROITHAHN. (e) Quoties enim superstes comiūx continuat dominium et possessionem intuitu communionis bonorum, toties dicitur ipso iudice *Beyseß*, *Leibzucht*. Quodsi

A 3

vero

c) Non ergo de *testimenteriis* tibus saepissime locorum statario vel pactito vsumfructu, qui matri obuenire possit, sermo eit, verum de vsumfructu, quo mater eriam cītra causam reſtamenti vel pacti eum expreſſe concedentium ex rationibus juris domestici gauder acceden-

tutis et legibus provincialibus.

d) in diff. de vsumfructu con-

tingum pactio §. 24 pag. 48

e) in diff. de materna po-

tere in liberis ex Germanorū

legibus §. 19 pag. 56 not. \*

6 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

vero des *Bey sitzes und Fruchtniesung* vel *vſus-*  
*fructus* simul mentio fiat, tunc vocabulum hoc  
possessionem rei fructuariae innuere arbitratur.

§ IV.

FONTES VSVFRVCTVS MATERNI IN GERMANIA  
TOT FERE QVOD PATERNI ESSE NOS-  
CVNTVR CAVSSAE.

Quod vero nuperis dissertationibus plu-  
ribus praefiximus (a) paterni *vſusfructus* in  
Germania plures esse cauſas, vnde velut  
ex totidem fontibus ipſe deriuandus et diudi-  
candus sit, id hanc nobis praestabit vtilitatem,  
vt obſeruemus; cum *vſufructu materno* eodem  
fere modo rem esse comparatam, ita quidem,  
vt, si a iure *Romano* discesseris, quo mater in  
bonis liberorum hoc iure non gaudet, is pari-  
ter deriuari possit I) ex iure **POTESTATIS**  
**PARENTALIS**, quae moribus Germaniae ma-  
tri aequē competit ac patri, et inter tutelae fru-  
ctuariae species recte connumeratur. II) ex  
**VNIONE PROLIVM** tanquam acquirendi hanc  
potestatem modo, qualis, licet sint, quibus ita

(a) *diss. nostra de vſufructu ius naturale et Romanum, Materno in bonis liberorum se- burgi 1773.*

non videtur, a potiori tamen et saepius reuera est.  
III) ex COMMUNIONE BONORVM siue vniuersali  
sive particulari. IV) ex LEGIBVS et STA-  
TUTIS, quibus passim euasit, in PORTIONIS  
CONIVGVM STATUTARIAE partem. V) ex  
IURE DEVOLUTIONIS, quod diuersis in Ger-  
maniae prouinciis olim viguit, vel hodienum  
vigeret.

§. V.

PRIMA VSUSFRUCTVS MATERNI CAVSSA IN  
GERMANIA POTESTAS PARENTALIS.

Quae cum ita sint, de singulis separatim  
agere ratio iubet. Et ut de POTESTATE di-  
cere aggrediamur, quae iure Romano *patri* so-  
li, iure naturali autem *matri* aequo competere  
demonstrauimus, mirum hic deprehendes MO-  
RVM GERMANIAE cum RECTAE RATIONIS  
dictamine consensum. Ex quo enim patria iu-  
ra postliminio restitui, restituta vero excoli ma-  
gis coeperunt, in eo conuenerunt doctissimo-  
rum virorum sententiae, patriam illam potesta-  
tem VTRIQVE PARENTI in liberos esse com-  
munem adeoque si a praerogatiua dilcesseris,  
quam

8 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSV FRVCTV

quam patri tribuit ipsa natura, MATRI in liberis eadem competere iura, quae PATER factentibus omnibus recte exercet, iisdem vero obligationibus etiam teneri matrem, quam patrem, si et ipse superstites esset, obstrictum esse constat.

§. VI.

QVAM MATRI AEQUE AC PATRI COMPETERE  
TVM EX LEGIBVS ANTIQVIS ET MORVM  
GERMANIAE ANALOGIA

Atque viros inter eruditos, qui ex instituta in hoc argumento versati sunt, et, quod diximus, probationibus praefliterunt, testimonium imprimis nobis denunciare liceat b. I. P. A LVDEWIG (a) I. G. HEINECCIO (b) et qui Omnes fere superstites florent c. A. DE BRAVN (c) CHRISTIAN GOTTLIEB RICCIO (d) 10-

ANNI

- a) in diff. Iur. Rom. et Germ. in Elem. iur. German. Lib. I.  
in tutelis Tom. II. opusc. lib. Tit. IV. § 138. p. m. 106.  
IV. opusc. 3 Diff. V. not. (cc) c) de vſu fructu parentum cit. col. 1889 seq. nec non in dif- Part. II. Cap. 1. per tot.  
ferentius Iur. Rom. et Germ. in consensu matris connubiali elem. iuris Germ. Lib. I. Tit. Cap. I. not. a. b. c. d. d) in Spicilegio ad Engavii XI. membr. I. § 290 pag. 431  
b) in diff. de vſu fr. mat. et f. q.

ANNI GEORGIO ESTOR atque IOANNI ANDREAE HOFMANNO, (e) qui summa cum Iuris Germanici peritia maximam industriam nunquam non coniunxerunt atque novissime IOANNI IACOBO ROTHHAHN; ut de aliorum, qui in systematibus scriptisue suis vel incidenter sententiam dixerunt, consensu non dicamus.

§. VII.

NEC NON EX LEGIBVS PROVINCIALIBVS ET  
STATVTIS CIVITATVM RECENTIORIBVS  
IAM PRIDEM EVICTVM EST.

Quod vero antiquissimis legibus pariter ac medio aeuo in Germania obtinuit de matris in liberos potestate principium, id legibus quam pluribus provincialibus atque statutis recentioribus ad nostram vsque aetatem pertingentibus vnu seruatum et stabilitum appareat. Quibus in recensendis cum multa diligentia versatus sit doctissimus ROTHHAHNIVS (a) nemo nobis

B

vertet

e) in der bürgerlichen rechts- f) in dissert. inaug. de magistrarbeite der Teutschen Tom. terna potestate in liberos ex Ger- I. Cap. CXV. §. 860 seq. und manorum moribus et lege §. 5. 6. Tom. III. Cap. CXVI. § 869 (a) d. l. §. 7 pag. 19 seq. seq.

10 DISSERTATIO IURIDICA DE VSVFRVCTV

vertet vitio, quod hoc loco statuta, ad quae prouocauit, repetitis allegationibus nominemus, quandoquidem verba ipsa, quibus potestas haec MATRI iure FRIBVRGENSI, (b) FRANCONICO, (c) HOHENLOICO, (d) WÜRTEMBERGICO, (e) NASSOVICO, (f) NORICO, (g) SVEINFVRTENSI, (h) MÜHLHVSANO, (i) ISENACENSI, (k) COBVRGENSI, (l) MARCHICO, (m) PALATINO ELECTORALI, (n) NORICO, (o) expresse tribuitur, integraliter exhibet. Quae quidem loca vel dico

- (b) vid. die Freyburgische Chronick in adp. ad SCHLTER ammerkungen zu Koenigsboven Eljaßer und Straßburger Chronick p. 12. Conferuntur tamen STATVTA FRLBURGENSIA de anno 1520. Tit. IX. des andern Tractats. (i) Lib. IV. art. XXXI. qui lexus omnium maxime notandus.
- (k) Part. I. Tit. IV. art. 2. (l) apud MOSERVM in corp. iur. eccles. Prot. Tom. I. pag. 451.
- (m) apud MYIIVM in Corp. Const. Marchic. Tom. I. Sec. m. 184. pag. 117.
- (n) in der erneuerten Ehegerichts-Ordnung Tit. VI. §. A. et 4 pag. 126.
- (o) Part. IV. Tit. II. §. 3. (p) Tit. XXIX. Leg. 5 apud WOLCKER Tom. II. Part. III. pag. 42 et passim.
- (q) Part. 3 Cap. 1. (r) in ORDINATIONIBVS quae extant apud DN. WOLCKER Part. V. Sec. VII der Einleitung vom Ehegericht ad Reformationem Noricam. p. 412 et 415.

MATERNO IN BGNIS LIBERORVM CBT. IE

gito indice annotasse haud pigebit, vt his, quibus fontes ad manus sunt, eos adeundi, aliis autem ad opusculum memoratum recurrendi occasio subministretur.

§. VIII.

ATQVE TESTIMONIIS DOCTISSIMORVM VIRO-  
RVM CONFIRMATVR.

Non est animus in certamen descendere cum his, qui vel hodie iuri omni moribusque Germanorum nuntium missum esse inueterato praeiudicio persuasum habent. Feliciter satis cum illis, qui bona fide ita senserunt, iam pri- dem depugnatum est, et pauciores, qui in tan- ta luce maiorum praeiudiciis caecutire malint, inueneris. Ad argumentum vero nostrum de MATERNA POTESTATE quod attinet, exi- mia plane sunt, quae CASPARVS ZIEGLERV, (a) a CHRISTIANO THOMASIO atque beato HEI- NECCIO (b) excitatus iudex sane competens, in medium attulit. Postquam enim moribus

B 2

Germa-

(a) in praef. animadvers. ad tria potestate Cap. I § 13 not.  
H. GROTIUS libros de I. B. et P. y. a HEINECCIO vero in praef.  
(b) a THOMASIO in diff. fatione ad Tom. I. Elem. Iur.  
de usu pratico tituli Inst. de pa- Gerius. p. XXXI. XXXII.

12 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

maniae contra nimios Iuris Romani amatores suam vindicasset autoritatem, tandem pergit: *Fac mihi iam talem publico regimini admoueri, et de lege condenda deliberationem institui: subnixe ille animo leges, quas didicit, ad naufragium euomet, et Romanorum instituta, ut teperiorum ieqas obseruabit, nec admittet, legem nouam aliter scribi.* Sic igitur effectus omnes e. gr. PATRIAE POTESTATIS moribus Romanis introducetae, MATRI denegabit, quia scilicet MATREM liberos in potestate habere noluit Respublica Romana. At vero non amplius inter Romanos scribere oportuit legem, sed inter eos populos, qui naturae ductum fecuti, VTRIQUAE PARENTI eandem deferunt potestatem, idem imperium, nisi quod in contentione imperiorum primas relinquant patri. Non repetemus LVDEWIGII, RICII, ESTORIS atque HOFMANNI, ROTH. HAHNII, HEINECII, BRAVNII (c) grauisima legibus ipsis suffulta testimonia. Suam nobis autoritatem commodent cum beatus LIBER BARO DE SENCKENBERG, (d) tum etiam summe

(c) locis §. VI. supra alle- atque Romana §. 2 Giessae 1742  
ga is. nec non in praefatione ad Tom.  
(d) vide sis iura egressus e I. Corp. Iur. German.  
potestate parentum Germaniae

me reuerendi Capituli Lubeccensis Praepositus  
illustris atque Reipublicae eiusdem Protosyndi-  
cus IOANNES CAROLVS DREYER (e), cuius in Iu-  
risprudentiam Germanicam merita plane egre-  
gia vna cum orbe eruditio maxime veneramur.  
Conianxisse iuuabit cum doctissimorum viro-  
rum iudiciis omnium fere, quotquot Germani-  
cum ius in sistema redigere satagerunt, amicum  
consensum, veluti IOANNIS GEORGII BEYE-  
RI (f) IOANNIS FRIDERICI POLAC (g) IO-  
GOTTLIEB HEINECII, (h) IOANNIS RVDOL-  
PHI ENGAV (i) IOAN. STEPHANI PÜTTERI  
(k) IOANNIS FRIDERICI EISENHARDT (l) nec non IO-  
AN. HENRICI CHRISTIANI DE SELCHOW, virorum illu-  
strium. (m) Quatenus ius illud priuatum, quo  
illustres nituntur, a iuris naturalis atque Germa-  
ni principiis recedat? non adeo conuenit inter  
omnes, neque, ut hoc loco disquiramus, ex insti-  
tuto

(e) Libro singulare de via (h) in Elem. Iur. Germ. lib. I.  
genuino iuris Anglo Saxonici cap. XI. §. III. cap. XII. §. IV.

in explicando iure Cambrico et (i) in Elem. Iur. Germ. Lib.  
Saxonico §. IV. not. 24 pag. I. Tit. XI. membr. I. §. 215.  
XCIX.

(f) in delineat. Iuris Germanici Lib. I. Cap. 26 §. 5 p. m.

312. (l) in instit. Iur. Germ. lib. I. Tit. IX. §. I.

(g) in Systemate Iurispruden- (m) in Elem. Iur. Germ.  
tiense Germanicae ciuitatis an- lib. 2 Sect. 2 Cap. 2 tit. 4. §.  
490. 492.

14 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

tuto vel scopus, vel opus est. IOANNES IACOBVS MOSER (n) nullam aliam matri illustri viuo patre concedere videtur potestatem, quam quatenus illi hic eam expresse vel tacite largitus fuerit, mortuo patre nullam. IOANNES AVGUSTVS HELFELD Vir illustris (o) atque IOAN. FRID. DE NEVMANN (p) utriusque parenti eam vindicant. Peregrino iuri ratione patris in fauorem eius locum esse statuunt Viri illustres IOAN. STEPH. PÜTTER (q) atque DE SELCHOW. (r) Et nos quidem nunc his non inhaeremus.

§. IX.

ITA QVIDEM UT HAEC POTESTAS PATRE MORTIVO MATRI PRIVATIVE COMPETAT.

Quibus ita praesuppositis attendamus ad mutationem, quae morte patris contingit. Ea quippe liberos non sui iuris fieri, vti apud Romanos, sed quemadmodum mater patre super-

stite  
(n) in Iure publico Tom. XXII. Lib. III. Cap. 114 §. 48 pag. 195 et §. 56 pag. 205.  
(o) in STRVII Iurispr. He-  
roica Tom. I. Cap. I. §. 7 et 78 nec non Cap. VI. §. XXIV.  
priv. lib. II. §. 79. pum priuato Tom. III. Lib. II.  
Tit. 4. §. 26 26 27 p. 22 23.  
(q) in primis lineis Iur. Princ.  
priv. lib. II. §. 79.  
(r) in Elem. Iur. publ. Tom.  
p. 613 item §. XL. p. 660. II. §. 570.

sit in exercitio potestatis cum eo concurrit, ita eandem post obitum illius ea *priuatiue* poti-  
ri satis constat. (a) Cuius quidem rei insignis  
hic effectus est, vt *tutoris* (romani) constituti-  
one non magis opus sit, quam iure Romano  
patrem habenti tutor datur, vtpote qui impu-  
beres sui iuris supponit, quales non sunt in  
Germania liberi sub potestate matris constituti,  
quamuis matri, quae et ipsa **TUTELAE** nomi-  
ne in liberos suos potestatem exerceat parenta-  
lem, passim adiungatur tutor more Germanico.

### §. X.

ET QVIDEM SVB NOMINE TUTELAE IN VERNACULA VORMVNDSCHAFT.

Iam pridem in hanc sententiam descende-  
rat IOANNES SCHILTERVS, (a) G. BEYERVS,  
(b)

(a) Probationes si desideres vide sis IOANNEM PETERVM in liberos potestate §. 5. Confessio DE LVDEWIG in diff rentiis ratur IOANNES RUDOLHVS Iuris Romani et Germanici in ENGAV in Elem. Iur. German. tutelis d. ff. V. not. (cc) opusc. lib. I. Tit. XI. membr. I. §. 297 Tom. II col. 1089 IOAN. GOTTLIEB HEINECCIVM cit. diff. de notauit CHRISTIAN. GÖTT. usufi materno in opuse. Exerc. LIBER. RICCIUS pag. 440 seq. XXV §. 15 seq. item §. 27 pag. IOAN. STEPHAN. PÜTTER §98 nec non in Elem. Iuris German. §. 402 not. man. Tom. I. lib. I. Tit. VI. §. 1 & 2 §. 411 412 not. I.

16 DISSERTATIO IURIDICA DE VSVFRVCTV

(b) I. G. HEINECCIVS, (c) notatus eo nomine a summo pariter viro FRIDERICO ESAIA DE PUFENDORF, (d) cuius tamen dubia de medio tollere olim contendimus, (e) amplexi principium, quod praecipue stabiliuit perillustris DE BRAVN, (f) matrem neutquam ex principiis Iuris Romani, sed ex limpidissimis patrii iuris principiis tutricem esse liberorum suorum. Item: vxores tutelae liberorum suorum apud nos Iure Romano non, sed legum patriarcharum, praesesse. Consentientes in partes vocare licet beatum ESTOREM, et, qui superstes floret, I. A. HOFMAN-  
NVM (g) Collegam. Egregia pariter sunt quae  
de

(a) in exercit. ad pandect. tre restituendis vel non restit. §.  
Exerc. 37 §. 43 not. a tom. II. 9 1756.  
p. 288.

(b) G. BEYERVS in spec. (f) in Commentat. de usu  
Iur. Germ. lib. II. cap. 10 §. 14. fructu parent. part. II. cap. 2  
pag. 87 et 88. Conferatur ob-

(c) I. G. HEINECCIVS in minino Celeberrimus RICCIVS  
diff. de vjufri. materno iur. Germ. vs in Spicilegio iuris Germanici  
§. 24 et in Elem. iur. Germ. lib. ad Engauium lib. I. tit. XI,  
II. tit. §. 133. 138 i. 139. membr. I. §. 304 p. m. 154.

(d) in obs. iur. vniu. tom. I. (g) in der bürgerlichen Rechts-  
obs. XCVIII §. 13. gelärbbeit der Teutschen tom.  
III. cap. CXV. §. 869 pag. 522.

(e) in diff. de bonis aduentiis liberis sui iuris factis a pa-

de tutela hac in medium attulit Illustris CAROLVS FRIDERICVS WALCHIVS, (h) amicum nobis in celebri Salana nomen.

§. XI.

QVOD PRINCIPIVM LICET FRANCÍ ET SAXONES AEVO ANTIQVISSIMO NON AGNOVERINT.

Interim non omnes Germaniae populos matri id detulisse, vt vidua ipsa patris instar liberos sub tutela haberet, ipse HEINECCIVS, Iurisprudentiae Germanicae restaurator egregius, olim admonuit. (a) Diuersos quippe hac in re ab aliis Germaniae populis fuisse Francorum atque Saxonum mores cum ex lege SALICA, (b) tum ex SAXONVM legibus (c) ipse iam pri-dem colligit. Et desAXONIBVS quidem id in du-bium nemo facile vocauerit. Verum quoad FRANCOS per illustris DE BRAVN (d) habu-it, quod obmoueret.

C

§. XII.

(h) in eruditissima disserta-tione de bonis liberorum Linda-  
uiensium profectitiis §. 6 pag. pag. 86 edit. ECCARDI.  
II. seq. (c) Tit. VII. §. 3 seq.

(a) in Elem. Iur. German. (d) c. l. pag. 99.

18 DISSERTATIO IURIDICA DE VSVFRVCTV

§. XII.

POSTEA TAMEN PENES VTRVMQUE POPVLVM  
IVRI MATERNO RELIQVORVM EXEMPLIO  
LOCVM DATVM FVISSE.

Quae quidem plenius hic persequi ab argumento alienum non fuisset. Verum quia remissive in eodem versari constitutum est, atque sequenti capite, quo Hassiaca tractabuntur, quaestio[n]is mentio recurret, hoc saltem loco pro comperto habuisse sufficiat, sequiori aeuo ipsos SAXONES tutelam illam maternam agnouisse, (a) neque de FRANCIS esse quod dubitemus, (b) hinc Germaniam a potiori saltem eodem iure vixisse.

§. XIII.

VNDE AD PRIMAM VSVSERVCTVS MATERNI  
CAVSSAM PRONA CONSEQUENTIA.

Non iam de amplitudine et de effectibus huius potestatis differemus, quibus illam se exferere

(a) HEINECCIVS in diff. nis aduent. lib. sec. ius Saxon. de usufr. matern. §. 22 et in E- §. 21, 22, 23, 24, 25. l. m. Jur. Germ. l. c. DE BRAVN (b) HEINECCIVS cit. diff. l. c. pag. 100 HEIMBURG in §. 18 §. 19 ibique citati. D. & diff. de usufructu materno in bo- BRAVN l. c.

serere ipsa ratio loquitur, ad quam Germanos mores suos exegisse constat. Multa industria in hoc argumento versatus est et quem ex professio id egisse dicere possis vnicum, IOANNES IACOBVS ROTHHAHN (a) diuersam quidem, sed rectiorem ac LYNCKERVS (b) quondam ingressus viam. Enim uero quibusunque demum illa iure naturali siue pateat, siue circumscribatur terminis, vslusfructus tamen maternus certe tanquam ex fonte suo inde nobis videtur esse deriuandus. Agnoscit rei veritatem imprimis CH. THOMASIVS. (c) Ipse HEINECCIVS, cum RICHTERV M in notissima cum CARPOZOVIO de vslusfructu materno controuersia bonam cauissam minus feliciter defendisse assereret, (d) eo tamen alteri eidemque nostro iudicio potissimo arguento neruos omnes facile incidere potuisse fatetur, (e) si ostendisset Iure Germanico matrem non minus, quam patrem in liberos POTESTATEM exerce

C 2

cuisse

(a) in citata dissertatione §. tit. Inst. de patria potest. Cap. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. II. §. XIV. not. (a) pag. 37.

22. 23.

(b) in dissertatione de potestate matris in liberos. no Iur. Germ. §. 22 pag. 593. Opuscul.

(c) in diff. inaug. de vslu pr. (e) ibid. §. 23 pag. 595.

20 DISSERTATIO IURIDICA DE VSVFRVCTV

cuisse eamque mortuo (f) alteruero parente li-  
berisque adhuc impuberibus TUTELAE nomine  
venisse, alioquin administrationem illam iure isti-  
us POTESTATIS durasse quibusdam locis, usque  
dum liberi essent separati, alibi, uti Hamburgi  
et in Westphalia, quādiū vixerit, modo ad se-  
cundas nuptias non transierit. Vnde a potesta-  
te, quam matri aeque ac patri Iure Germanico  
competere diximus, ad usumfructum maternum  
etiam recte concludit CAROLVS HOFMANNVS  
Norimbergensis (g) FRID. CAROLVS WAL-  
CHIVS (h) aliique. Generatim vero lec-  
tores nostros hic remississe iuuabit ad commenta-  
tionem BRAVNIANAM (i) toties laudatam. V-  
bi quidem principia a Viro Perillustri stabilita  
si quis contulerit cum IURIBVS PROVINCIALI-  
BVS atque STATVTIS Germaniae, quibus ma-  
tri aeque ac patri ususfructus expresse concedi-  
tur, is de veritate theseos cum ratione non da-  
bitauerit. Consideremus saltem cum doctissi-

MO

(f) in Elem. Iur. Germ. l. c.  
§. 133, 139 i. 139.

(h) in diff. de bonis libero-  
rum Lindauensium profectiis  
§. VI. pag. 11. seq.

(g) in diff. de ususfructu pa-  
rentum statutario imprimis No-  
rico §. 3 Alterf. 1748.

(i) citata comment. de ususfr.  
parent. Part. 2 cap. 2. 3.

MO ROTHHAHNIO, (k) cuius apparatus legum prouincialium et statutorum in usus noctis conuertere liceat, IVS FRANCONICVM, (l) NASSOVIO CATTIMELIBOCENSE, (m) HOHENLOICVM, (n) WERTENBERGICVM, (o) TREVENSE, (p) LVSATIAE SUPERIORIS, (q) SAXO GOTHANVM, (r) ALTENBURGICVM, (s) HENNEBERGICVM, (t) COBURGENSE, (u) FRIEBURGENSE, (v) HEILBRUNNENSE, (w) FRANCOPURTANUM.

## C 3

## COFVRTA-

(k) allegata differt. de materia potest. §. 116-122.

(q) IVS LVSATIAE SVE. in Codice Augustae Tom. II. §. 89.

(l) IVS PROVINC. FRANCONICVM tit. 39 §. 9. 10. tit. 118 §. 5 vbi conserendum 10. SEPHVS MARIA SCHNEIDT in elem Iur. Franconici §. CXV. g. 142.

(r) SAXO GOTHANVM in Ordinat. tutelari §. 3.

(m) IVS NASSOV. CAT. TIM. Part. IV. Tit. I. §. 3. (t) IVS HENNEBERGICVM Lib. III. Tit. 4 Cap. 12. (n) IVS HOHENLOICVM et 13 conf. Lib. I. tit. 3 cap. 12. Part. IV. Tit. I. §. 3.

(s) ALTENBURGICVM in Ordin. de anno 1742 in beyfagen pag. 622.

(o) IVS PROVINCIALE KREYSIG Breytraege zur Saech. WURTenBERGICVM Part. sieben Historie Part. I. p. 370. IV Tit. XI. p. 463 conf. Part. IV Tit. 6 §. 4 Part. VII. §. in Brisgovia de anno 1520 tit. 4 Tit. VIII. §. 4 et 5 Part. IV. 3. p. 58. Tit. 9 §. 2 et 3.

(u) IVS CIVITATIS COBURGENSIS art. VIII. conf.

(p) IVS PROVINCIALE TREVIRENSE Tit. 8 §. 7.

(v) IVS FRIEBURGENSE Tit. 6 §. 4 Part. VII. §. in Brisgovia de anno 1520 tit. 4 Tit. VIII. §. 4 et 5 Part. IV. 3. p. 58.

(w) IVS HEILBRUNNENSE Part. III. art. 2 et 3.

(x) FRANCOPURTANUM Part. V. tit. 4.

22 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

FVRTANVM, (x) BADENSE, (y) SOLMENSF, (z)  
PALATINVM, (aa) NORICVM, (bb) AVGVSTA-  
NVM, (cc) HALENSE IN SVEVIA, (dd) LVBECK-  
CENSE, (ee) HAMBVRGENSE, (ff) et BREMEN.

SE

(x) BADENSE de anno Comment. pag. 379 ad qag. 38 f.  
1710 Part. IV, tit. 4 Part. VI. Quod si consideres inlytam  
tit. 7. Sic quidem, vt, quam- LVBECAM olim habuisse cu-  
uis mater, si legitimam tute- riam superiorem, quod plurim  
bus docuit et comprobavit celeberrimus DREYERVS in der  
hoc tamen fiat salua possessione Einleitung zu der Kaentniss der  
et usufructu materno cet. Part. allgemeinen Verordnungen, Man-  
VI. tit. 7 §. 2. daten cet. der Stadt Luebeck pag.  
274.

(z) IUS SOLMENSE Part. nemo mirabitur tot alias  
H. Tit. 28 §. 6 ad quod egre- ciuitates in DVCATV LAVEN-  
gie commentatus est IOHAN- BVRGICO, SLESWICENSI  
OBES GEORGIVS ADOLPHI HOLSATIAE, MECKLENBVR-  
in diff. de successione coniugum GICO et POMERANIAE, quia  
mutua sive de portione coniugum LIVONIAR hoc iure ut hinc  
statuataria iuxta ordinacionem usufructum maternum ad-  
Solumensem P. I. Tit. 28 Gil- mittiere. Virium nomina re-  
fiae 1770. censet, quem laudauimus,  
DREYERVS c. l. pag. 275.

(aa) PALATINVM ELE- 276. De restricta ratione u-  
CTORALE Part. III. Tit. 13. susfructus Lubecensis praeter  
(bb) STATVTA NORICA MEVIVM l. c. conferendus  
Tit. 33 Leg. 2 §. 1. 2. 3. IOH. FRIDERICVS MAN-  
(cc) AVGVSTANA Statut. ZEL in iure Mecklenburgico il-  
IV. lustrato Cent. II. Iudic. CXXIV.  
(dd) HALENSIA IN SVE-  
VIA, fide BOTHHAHNII l.  
a. pag. 61.

a. pag. 61. (ff) HAMBVRGENSIA P.  
(ee) LVBECKNSIA lib. II. III. tit. 3 in quae prostat ex-  
Tit. 2 art. 8 ad quem impre- mia illa beati HEINECII dis-  
mis videndus D. MEVIVS in fertatio

SE (gg) STATVTA item MVHLHVSANA (hh)  
ISENACENSIA (ii) GOTTHANA (kk) FRANCKEN-  
HVSANA

Sertatio de usufructu materno. cundum Ius stat. Hamburgense  
Conferenda etiam BOEHMERI Part. i.

diff. de communione aeris alieni inter coniuges Hamburgenses, item A. BROKES de bonorum coniugis iuter Hamburgenses communione. Quodammodo etiam hic retuleris MARTIN. HERONYMVM SENE. LE in diff. de portione statutaria Hamburgensi, cuius auctor perhibetur beatus IOANNES GUILIELMVS WALDSCHMIDT celeberrimus huius Academiae tunc temporis Pro cancellarius, ut videre est in eius vita, quam nuper edidit Vir celeberrimus et literatissimus, amplissimus IVGLERVS in Biographia T. III. P. pag. 197. Sed, quod paucioribus nosse datum, verus auctor, quod etiam stylus prodit, est CHRISTIANVS WOLFIUS, Philosophus. Imprimis vero inspicienda quae nouissime prodidit IOANNIS BEHRMANNI commen-  
ratio iuridica de iuribus et ob-  
ligationibus matris turcicis cir-  
ca administrationem bonorum a defuncto marito relictorum se-

(gg) BREMENSIA stat. VII. et VIII. Editione STATTORVM BREMENSIVM nitidissima de vniuersa iurisprudentia Germanica nouissime bene meruit illustris G. OELRICH S. C. M. Consiliarius et Syndicus Bremensis, quem in auditorum numero alium nos habuisse impensé laetamur. Conf CASP. A RHEDEN in diff. iuris Romani circa success. ab int. IOAN. GEORG. GROENING de separa-  
tione liberorum eiisque fundamen-  
to communione bonorum se-  
cundum ius Bremense.

(hh) MÜHLHVSANA Lib.  
IV. art. 20 §. 1 pag. 437.

(ii) ISENACENSIA Part.  
Tit. 4 art. 1.

(kk) STATVTA GOTTHANA Tit. 26.

(ll) FRANCKENHVSANA  
Lib. 3. art. 38 et 44. apud WAL-  
CHIVM in den vermischten Bey-  
traegen zum teutschen Recht tb.  
1 Seite 319.

24 DISSERTATIO IURIDICA DE VSVFRVCTV

HVSANA, (II) CVRIENSIA, (mm) DANTIS-  
CANA, (nn) OTTERNDORFENSIA, (oo) WVR-  
SATICA, (pp) SERVESTANA, (qq) NORD-  
LINGENSIA, (rr) STADENSIA, (ss) et LV-  
NEBVRGICA, (tt) quibus matri ius hoc pari-  
ter tribuitur, et erit, quod sufficiat. Ne vero  
asymboli discedamus, addere liceat IVS PRO-  
VINCIALE MOGVNTINVM (uu) COLONI-  
ENSE, (vv) PALATINATVS SVPERIORIS,  
(ww)

(mm) CONSVENTUDINES  
CVRIENSES teste WIEDE-  
MANN in *Chronico Curiensi*  
apud MENCKEN *Scriptor. re-*  
*vum Germ. tom. III. p. 682 seq.*

(nn) STATVTA DANTIS-  
CANA Part. II. Cap. 5 §. 9  
pag. 54.

(oo) OTTERNDORFEN-  
SIA de a. 1541. art. 2.

(pp) WVRSATICA Tit. I.  
art. 3 §. 1.

(qq) SERVESTANA fide  
BECHMANNI in der Anhalti-  
schen Historie Part. 3 Lib. 2  
cap. 1 §. 2. 3 p. 279.

(rr) NOERDLINGENSIA  
Part. III. tit. 8.  
(ss) STADENSIA Part.  
II. art. 3 et II. conf. PVREN-  
DORF tom. III. obs. 116 pag.  
312.

(tt) LÜNEBVRGENSIA  
Part. IV. tit. 1 §. stirbt auch  
et. conf. b. IVST. HENNING.  
BOEHMER Conf. et Dec. Tom;  
III. Part. II. Dec. 206 n. 3 p.  
354.

(uu) IVS MOGVNTINVM  
quod prodiit 1755 Tit. VII.  
per tot.

(vv) IVS COLONIENSE  
tit. 8. §. 9.

(ww) STATVTA WORMATIENSIA, (xx) OR-  
LAMVNDA NA (yy) atque EISENBERGEN-  
SIA, (zz) IVS TIROLENSE, (aaa) STATV-  
TA VLMENSIA, (bbb) MINDENSIA (ccc)  
atque CELLENSIA. (ddd) Collineant etiam  
huc tam ius BOHEMICVM, (eee) quam Ius BO-  
RVSSICVM. (fff)

D

§. XIV.

(ww) IVS PROVINCIALE LVM HOFMANNVM *in diff.*  
PAEATINATVS SVPERIO- de *usufructu parentum statut.*  
RIS BAVARICVM, quod pro- §. 7.  
diit Monachii 1657. Tit. 15. (bbb) STATVTA VLMEN-  
IVS BAVARICVM enim fere SIA Part. I. tit. III. apud E-  
sequitur Ius Romanum, HOF- VND EM.  
MANN l. c. §. VIII. nisi quod (ccc) STATVTA MIN-  
matrividuae, quoad haud nup- DENSIA Lib. II. tit. 2 apud  
ferit, portionem filiale con- EVNDEM p. 37.  
cedat iure *usufructus*. Vid. (ddd) STATVTA CELLEN-  
lex Boarioitorum apud GEOR- SIA tit. 16 apud EVNDEM.  
GISC in Corp. Iuris Germ. an- Prodierunt Cellis 1739 eden-  
tiq. Tit. XLV. cap. VI. pag. 308. te BILDERBECKIO et extat  
(xx) IVS WORMATIEN- locus pag. 44.  
SE Part. IV. tit. 6. (eee) IVS MUNICIPALB  
(yy) STATVTA ORLA- BOHEMICVM Cap. XX, T.  
MVNDANA artic. 9 apud WAL- 36 apud EVNDEM HOFMAN-  
CHIVM l. c. Tb. II. sette 74. NVM l. c. pag. 53.  
(zz) STATVTA EISEN- (fff) IVS BORVSSICVM  
BERGENSIA apud EVNDEM Part. II. Lib. 5 tit. 12 art. 5  
l. c. cap. V. pag. 225. apud EVNDEM pag 54. Conf.  
(aaa) IVS TIROLENSE DREYER l. c. pag. 276.  
lib. III. tit. 20 apud CARO-

27 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

§. XIV.

DVBIA QVAEDAM TOLLVNTVR.

Vt vero, quae obstante nobis videntur, haud dissimulemus; quam plurimis locis, vbi lege provinciali vel statutis ciuitatum matri vsumfructum competere vidimus, communionem bonorum connubialem vigere, eandemque, vt nemo negat et mox videbimus, indubitatem vsumfructus materni caussam per se constituere pariter haud negamus, sed ingenue profitemur. Vnde colligi posse aliquis existimauerit: statuta haec atque leges ad stabiliendam thesin nostram de vsumfructu matris ex potestate patria vel parentalni Germanica per se fluente allegari non posse, nisi communionis fundamentum concurrat, hinc vero iis locis, vbi haec ignoratur, matrem iure vsumfructus non gaudere. Mouet insuper beati L. B. a CRAMER sancta nobis semper et memoria et auctoritas, qui vsumfructum maternum, velut institutum patrium Iuris Germanici universale, considerari non posse, pluribus adstruere contendit, (a) ea maxime omnium ratione, quod

(a) in den Wetzlarischen 87 seq.  
Nebenstunden Theil. XL. pag.

quod communio bonorum siue vniuersalis, siue particularis, non solum in terris Bipontinis, quas controuersia in Camera agitata respiciebat, sed etiam in vniuersa Germania, *vnicum* suppeditet vſusfructus materni principiuin, eamque ob cauſam cessante communione, cessare etiam ius omne vſusfructus in bonis liberorum. Enimuero pace manium tanti viri, argumentum, quo nititur, petit id, quod est in principio. Sit communio bonorum connubialis, vbi cunque demum viget, vera cauſa vſusfructus materni. Num ideo dixeris omnium primam, vel si plures dari negaueris, *vnicam*? Nos quidem minime. Potestatem enim Germanicam parentalem, communione illa saltem formaliter tali multo antiquiorem, etiam nullo ad hanc respectu habito, ius huius modi in bonis liberorum coniunctum habuisse cum ex analogia morum Germaniae sequitur, tum ab aliis iam pridem euictum est, quamuis iis in locis, vbi communio accessit vnius eiusdemque effectus duplex existere coeperit cauſa, quorum posterior potentior priorem obfuscavit quidem quodammodo, non vero sustulit, sed nouo vinculo fortiori reddidit. Sane, si vſusfructus maternus non nisi

28 DISSERTATIO IURIDICA DE VSVFRVCTV

nisi ex communione nasceretur; nunquam eum exspirare permitteret ratio, simul ac liberi matris potestate quocumque modo exeunt, quia communio bonorum matris superstitis cum liberis finita hac potestate minime tollitur. Aet vero quam plurimis locis vsusfructus maternus vna cum potestate matris, qua gaudebat ante, haetenus exspirat, manifesto argumento fundamentum eius iis saltem locis in potestate situm fuisse, non in communione, saltem in eadem haud sola. (b) E contrario, vbi bonorum communio connubialis vsu viget, ibi vsusfructus maternus, nisi ad secunda vota ipsa transierit, ordinarie perdurat ad dies vitae, certissimo indicio, eum deriuari ibi non posse ex potestate sola. (c) Quae ex iure Saxonico cum antiquo, tum

(b) vid. Consultissimus Itemus, non vacat. Monuisse ROTHAHN L c. §. 16 seq. iuuabit et inculcasse, primam vbi exempla. Operae itaque originem vsusfructus nostri a pretium erit Iura Prouincialia potestate esse, que matri eti- atque Statuta redigisse ad suas am moribus in liberos ab an- classes, vt evidenter appareat, quibus in regionibus vsusfru- tatus maternus vnicce repe- tendus sit ex potestate pa- rentali, et vbi deriuandus sit ex communione bonorum. Sed id nunc quidem vt prae-

(c) Quod pariter evincit maximus legum provincialium et statutorum consensus, prout

recentiori admonet vir summus, de his alibi  
dabitur dicendi locus. Cumque, vbi bonorum  
communio non vigeret, vslusfructus tamen ma-  
ternus passim locum habeat; ius hoc non vi  
exceptionis a regula, sed in regula matri et o-  
lim competit, et nunc competere, nulli du-  
bitamus, quamvis vsumfructum, qui ex ma-  
tria potestate oritur, ab eo, qui communione  
nititur, non vna ratione differre haud eamus  
inficias. Sed de his suo loco.

## §. XV.

OBJECTIONE A POTESTATIS MATERNAE PER IV-  
RIS ROMANI RECEPTIONEM FACTA ABRO-  
GATIONE PETITA DILVITVR.

Sed quaeris: qui demum fieri possit, ut  
ex parentalii potestate in Germania quis vsum-  
fructum maternum deriuandum esse cum rati-  
one sibi persuadere velit? Potestas ait, quae  
matri olim competit, nisi vi statuti forte vel

D 3

legum

prout videre est apud BVN- norum communio ibi pariter vi-  
DEM l. c. adeo quidem, ut ger, cum potestate ipsa ex-  
sec loca defint, vbi vslusfru- spirer, veluti cantum in stra-  
ctus ex potestate parentalii de- TUTIS MÜHLHVSANIS lib.  
ducitur, nec tamen, quia bo- IV. art. 20 §. 1 et passim.

legum prouincialium conseruata fuerit in vigo-  
re, facta iuris Romani receptione, iam pridem  
perpetua abolitione disparuit in Germania.  
Nunc dic sodes, quo colore inde deriuaueris  
vsumfructum? Habuerit, pergis, mater ean-  
dem, quam pater, in liberos potestatem: mu-  
tata iam in Germania, quin conuersa est rerum  
facies, quandoquidem recepto in eo iure Ro-  
mano omnis potestas, quae iure parental iuri  
que parentum fuerat communis, ita quidem fa-  
cta est patris propria, vt si reuerentiam et obse-  
quia exceperis, quaë matri etiam liberi debent,  
mater potestate omni exuta fuerit in totum. Ve-  
rum enim vero, quis est hodie tam vesanus, vt  
ab eo tempore, quo iudicia imperii iubentur  
ferre sententias secundum statuta, mores et  
consuetudines honestas locorum, his deficien-  
tibus autem secundum ius commune, genera-  
tim abrogatos esse putet bonos illos mores, qui-  
bus per tot secula steterat omnis Germania?  
Et vt iam missam faciamus illam de vera signi-  
ficatione *iuris communis* controversiam, id sa-  
ne est verissimum, sicut tot legibus prouin-  
cialibus atque statutis torrenti iuris Romani e-  
iusque peruersae applicationi in hoc argumen-  
to

to obex positus est, ita mores patrios intuitu maternae potestatis omnibus omnino locis, in quibus de facta abrogatione non constat, citra statutorum vel legum prouincialium auctoritatem, in vigore suo perstittiſſe, ſic quidem, ut pro illa ſit praefumtio, donec contrarium probetur. Qua quidem in probatione ſi quem alicubi forte non deficere contigerit v. gr. in Saxonia Electorali, materna tamen potestas in regula ſtabit vigore ſuo, neque, vbi uſuſructus maternus vigeret, eſte deſinet prima eademque origi- naria eiusdem cauſſa, ad quam temporis tra- diu acceſſerunt aliae ſive generales ſive ſpeciales. Quamobrem et qui diſentiant fore non putam- mus, niſi eos forte, qui maternam potestatem indeque fluentem uſumfructum e consuetudi- num et morum rationabilium (*ebrbare Gebräu- che und Gewohnheiten*) numero eximere veriti- haud fuerint, ad quorum illos tamen in iudi- cando primo loco respicere iubent leges, ad ius commune vero his deficientibus faltem in ſubſidium.

## §. XVI.

32 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

§. XVI.

QVAESTIO, NVM ADOPTIO INTER CAVSSAS  
VSUSFRVCTVS PARENTAIIS REFERRI  
POSSIT? QVANTVM AD PATREM IN  
MEDIO RELICTA.

Qui parentalem potestatem inter caussas  
vsusfructus a nobis referri obseruarunt, forte  
quaerendi ansam arripiunt, num et quatenus huc  
spectet adoptio? Quam quidem quaestionem  
si rite volueris expedire atque illustrare suffici-  
enter, praeiudiciales quamplurimae quaestio-  
nes de vsu Iuris Romani in materia de patria  
potestate, et de collisione principiorum eius  
cum adoptionibus Iuris Germanici quod iam  
non licet, ante omnia forent explicandae atque  
iusta decisione facta demum ferendum iudici-  
um devolufructu. Celebrantur IOANNIS DE  
KVLPIS (a) atque CHRISTIANI THOMASII  
(b) in primis in hoc arguento merita, neque  
ignota sunt, quae in doctissimorum virorum  
scriptis prostant obseruationes et commentatio-  
nes aliae. Sed insistere his, quia res peculia-  
rem

(a) in Commentatione de a- (b) in diff. de vsu pratico  
doptionibus et emancipationibus tituli institut. de patria potesta-  
principum. te, item de adoptionibus.

rem discussionem et tractationem vberiorem requirit, in tanto Doctorum dissensu institutum nostrum nunc quidem non permittit. Distinxisse iam sufficiat adoptantes ratione sexus et quia iam de usufructu materno termo est, misera facta persona patris et quaestione de usufructu, multis inuolata tricis; (c) eam pro scopo faltem consideremus ratione matris adoptantis.

## §. XVII.

## RATIONE MATRIS ADOPTANTIS NEGATVR.

Quam ergo respectu patris hoc loco mis-  
sam facimus, nec in discussionem venire pati-  
mur quaestionem, eam tamen, quatenus intu-  
itu matris moueri potest, hic tractare instituti  
ratio iubet. Et quod ad Ius Romanum attinet,  
eo quidem foeminas aliter, quam in solatium li-  
berorum

E

berorum

(c) Distinguendum quippe ex fratre Elesto LVE-  
PE esset, utrum adoptio facta DOVICO dicto MANSVETO  
more Romano, an Germani- nepotem traditur, AVGVSTI-  
CO, inter arrogationem et a NVS A LEYSER in Melit. ad  
doptionem, et quae sunt alia. Pandectas vol. I. spec. XX. med.  
Quid FRIDERICVM COMI- 2 pag. 204. 205 de adoptione  
TEM PALATINVM RHENI Germanica vid. Dom. DE PV-  
dictum VICTORIOSVM mo- FENDORE Tom. IV. obs. 62  
verit, vt adoptaret PHILIP- p. Ixo.

34 DISSERTATIO IURIDICA DE VSVFRVCTV

berorum amissorum adoptare non posse, per se constat. (a) Hinc vero quod ne Romae quidem licuit ad effectum adquirendi patriam potestatem indeque promanantia iura, id nec in Germania iuris Romani auctoritate apud nos recte fieri, in propatulo est. Quae vero in Germania frequentantur adoptiones, a quibus nec foeminas arceri constat, illas quidem generatim, velut magis ad *prolis*, quam ad *adoptantium* utilitatem comparatas, (b) regulariter non esse modum adquirendi patriam potestatem, quo ad omnes effectus saltem, beatus ESTOR atque Illustris HOFMANNVS (c) post alios recte docuerunt, quamvis ita adoptatos, filios familias appellari posse et modo suo fieri, haud negandum videatur. Quibus praesuppositis, mariti vsumfructum hunc in bonis adoptati neque Iure Romano, neque Iure Germanico tribuere aliquis praesumserit.

§. XVIII.

(a) §. 10 I. de adopt. I. § elem. Iur. German. lib. I. Tit. C. eod. VII. §. 145.

(b) G. BEYER in Spec. Iu- (c) in der Teutschen Rechts-  
ris Gym. lib. I. Cap. XXVI. gelehrteit Tim. I. §. 821.  
§ 7 seqq. 1. G. HEINECCIUS in

§. XVIII.

ALTERA VSVSFRVCTVS TAM MATERNI QVAM  
PATERNI CAVSSA ESSE POTEST VNIO  
PROLIVM TAM IVRE NATVRALI.

Ab adoptionibus in Germania differre  
VNIONEM PROLIVM, non est, quod mone-  
amus, vel vt differentias ipsas pluribus enum-  
remus. Sed num inter caussas referenda sit,  
vnde matri etiam vsusfructus obuenire possit,  
in disceptationem venit, neque adeo expedi-  
tum est, quum vnionem prolium maxime suc-  
cessionis caussa in gratiam liberorum diuersi ma-  
trimonii iniri exploratum sit. Iure sane natu-  
rali, quae WOLFI sententia est, (a) effe-  
ctus paeti huius successorii vnico fere hoc ab-  
soluuntur momento, vt liberi respectu filiatio-  
nis inuicem parificantur, hinc iura liberorum  
ex eodem matrimonio natorum consequantur,  
id quod nequaquam inuoluit, vt parentes quo-  
que eodem modo parificantur, sic vero vnti  
iura parentum in priuignos et bona eorum con-  
sequantur, multo minus vt liberi vnti iure col-  
lateralium sibi succedant inter se, et quae sunt

E 2 (alii)

(a) in Iure Nat. Tom. VIII. §. 810. 811.

36 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV.

alia, quae a legislatore, sive, ut PHILOSOPHVS (b) pariter demonstrauit, pacto interposito, a partibus definiri possunt. Quae licet maxime explorata sint, nullo tamen malo errore labi nobis videmur, si etiam ex vnione prolium, qua parentes quoad *poteſtatem* exprefſe non parificati ſunt, correfpectiuam tamen liberorum atque parentum erga ſe iniicem relationem, mutuasque filiorum et familiarum, nec non patris atque matris denominatedes, itemque iura quaedam et obligationes, naſci dicamus. Num vero hoc eo vſque ſe extendat, ut tam parentes, quam liberi, iuribus et obligationibus, quibus nati, ipſo iure naturali gaudent et teſtentur, lege etiam vel pacto deficiente, vti per illuſtri PVFENDORFIO (c) viſum, indiſtinete potiantur et adſtrigantur, difficultate haud caret. Interim ſi conſideremus finem vnionis eam ſui natura ſemper respicere commodum liberorum, et in eo conſiſtere, ne vniū, priuignorum inſtar, a ſucceſſione excludantur et fata eorum experientur

(b) *ibid.* k. c. §. 817. 818. *Jur. vniū.* Tom. I. Obſ. CC.  
§19.

(c) EVERNDORF in Obſ.

riantur; (d) si animum aduerteris ad necessitatem  
praebendorum alimentorum et curam educationis,  
sine quibus parentum officio satisfacere  
ipsi nequeunt; si denique ob oculos habueris  
correspective illam, de qua diximus, relationem:  
sequitur, nisi de mente pacientium  
in contrarium constet, id tacite actum esse, ut  
sicut liberi vni ratione successionis conuentione  
parificantur, sic etiam parentibus adquiratur  
ius quoddam *parentalis potestatis iuraque*  
*cum ea connexa*, sine quibus obligationibus ipsis  
satisfacere non possunt, puta ius administrandi  
bona liberorum vniutorum, sibique vindicandi  
commoda, quoad durauerit haec potestas cum  
ea coniuncta, id est, *vsumfructum illum*, fal-  
tem restrictum, quem etiam matri nuper asse-  
ruimus. (e) Quibus ex rationibus cum patri  
assumto et potestatem et *vsumfructum annuen-*  
*te Themide concedat perillustris Dn. DE PV-*  
*FENDORF;* (f) tamen cur matri *vtrumque de-*  
*negauerit,* (g) cum paria iure naturali cum pa-

E 3

tre

(d) B. AYRER *de vnionis fructa materno secundum Ius*  
*prolium genuina indeo* §. 3. E. *naturale et Romanum 1773.*  
STOR CI HOFMANN *I. c. 6.*

909.

(e) DISS. NOSTRA *de vfa-*(f) PVENDORF *I. c. §. 17.*  
(g) IDEM *I. c. §. 21.*

38 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

tre habeat iura, sufficiens nobis ratio dari posse haud videtur.

§. XVIII.

QVAM IVRE ET MORIBVS PATRIS.

Cum iure naturali non per omnia conuenient leges et mores patrii in Germania, sed dum addendo vel detrahendo factum est ius ciuile; non eadem mensura obligationes et iura liberorum atque parentum vniuersorum in prouinciis, vbi pactum hoc viget, dimetienda esse, nemo mirabitur, cui non incognitus est tot LEGVM PROVINCIALIVM atque STATUTORVM diuersus tenor. Sane eorum, qui de hoc argumento scripserunt, magnus est numerus, (a) nec de effectibus unionis prolium minor eorumdem inter se dissensus, quem de medio tollere difficultius, quam augere. Cuius rei ratio inter tot alias inde maxime accersenda, quod Iuris

(a) vt BIBLIOTHECAE atque cel. HOFMANNVS Collega LIPPENIO · LENICHIANAE vna cum b. ESTORE in der burjam non vnice denuntiemus gerlichen Rechtsgelehrtheit der testimonium, potiores auctiores allegavit Do. DE SEL et Tom. I. tit. CXVIII. et Tom. III. tit. CXVIII. ut chow in Elem. Jur. Germ. §. reliquos mittamus.

487. not. 2 edit. III. p. m. 531.

Juris Romani adsuetae Doctores, inepta principiorum eius ad institutum mere germanicum facta applicatione, illud mirum quantum deformauerit. (b) Quae celebratur **CONSTITUTIO MOGVNTINA**, (c) secundum quam deficientibus legibus vel moribus specialibus, vel in ipsis Imperii tribunalibus vnonis prolium ratio affirmari consuevit, multa tunc temporis forte omnibus cognita atque in vulgus nota supponit, quae hodie vel ignorantur, vel in tanto dissen-  
su velut incerta nos suspensos tenent. Certe, nec potestatem vnitis parentibus in liberos, nec coniunctum cum ea *vsumfructum* in bonis eorum constitutio haec ipsis diserte tribuit. Verum tamen, quod sufficit, neutrum ius iis admitt vel parentes eo nominatim excludit. Potius cum de facultatibus parentum et liberorum inquisitionem institui iubet, nec si patrimonio-

rum

(b) ESTOR ET HOEMANN I. c. PROVINCIALE MOGVNTINA  
Tom. I. §. 910 p. 394 et Tom. NVM nouissimum anno 1755  
III. §. 905.

typis mandatum cum Constitu-

(c) quae FRIDERICUM, tutione ista MOGVNTINA,  
Imperatorem Autorem habet et cum alibi, tum apud quod mireris, in omnibus non  
convenit, sed differt. De au-  
BARTH. MUSCULVM de suc-  
cessione anomala membr. III. etoritate huius Constitutionis  
Classe I. p. 29 extat, nec tamen vero compara A. GAILIVM  
inter Constitutiones Imperii ZOVIVM lib. 2 obs. 125 num. 7. CARP-  
fibi locum vindicat. Plane IWS

40 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

rum magna aequalitas deprehendatur, vniioni locum concedi permittat, insuper FRIDERICVS III. Imperator, ceu constitutionis huius auctor, reciproca esse voluerit iura successionis, hinc vero, vt parentes vnti praedefunctorum liberorum haereditate potiantur, fanciat, bona vero tam liberorum, quam parentum vniione facta confundantur, (d) recto, vt nobis videtur, iudicio inde cum PVFENDORFIO (e) concluseris ad potestatem, ius administrandi et vsumfructum in bonis eorum.

§. XX.

NON TANTVM RESPECTV PATRIS SED ETIAM  
MATRIS HINC RESPECTV VTRIVSQUE  
PARENTVM.

Et ratione PATRIS quidem consentientes habemus ICtos plane egregios, (a) quamuis

(d) vid. Perillustris DE PV-  
FENDORF in obs. Iur. univ.  
Tom. I. obs. CC. §. 11. 12. 21.  
23.

(e) l.c. §. 17 et 21.

(a) Ex professo hoc argu-  
mentum traçauit b. CASPAR  
ACHATIVS BECK in diss. de  
vnione prelium patriae potesta-  
tis causa §. XIII. usque ad  
XXXVII. vbi BEYBRO im-  
primis aliquique dissentientibus  
satisfecit. Add. ESTOR et  
HOFMANN in der bürgerlichen  
deutschen Rechtsgelehrtheit Cap.  
118. §. 909.

uis in definienda potestate, quam patri concedant, eos non satis conuenire animaduertas. Videlicet RICKIVS AB ARWEILER (b) tallem ei tribuit, quae inter tutelarem et patriam potestatem media sit, quam magis quis secum considerare, quam verbis exponere possit. Quod et I. SCHILTERO (c) atque EICHELIO (d) placuit. Patriam vltierius potestatem ei assignat STRVVIVS, (e) non quidem stricte sic dictam et iure ciuili variis qualitatibus vestitam, sed huiusmodi potestatem, quam ius consuetudinarium ipsi tribuit, quae ratione patris consistat in pietate et affectione paterna, ratione liberorum vero in reuerentiae et obsecracione praestatione, cui adsentit SCHROETER. (f) Quas inter se non adeo diuersas virorum doctissimorum sententias dum refert Perillustris PVFENDORFIVS, (g) ipse vero patri assignandam arbitratur potestatem, quae iure naturali patri familias in liberos competit, non sane est,

## F quod

- |  |  |
|--|--|
| (b) de <i>vnione prolium</i> Cap.<br>8 n.2<br>(c) Exerc. ad PanJ. III.<br>§. 12. | (e) in <i>diff. de vnion. prolium</i> Cap. 5 §. 16.<br>(f) de <i>pacto successorio inter<br/>vnitos diu. matrim. liberos<br/>membr.</i> IV. num. 3 seq.<br>(g) DE PVFENDORF l.<br>c. §. 17 p. 492. |
| (d) in <i>diff. de vnione prolium</i> §. 73 §. 74.                               |  |

quod reluctemur. Sed quid obstat, quo minus potestatem intelligamus parentalem Germanicam? Forte quia haec non patri soli sed matri aequo principaliter competit. Enimuero, ne praecipi iudicio fallamur, caueamus nobis. Nam et *naturalis* illa et *consuetudinaria* potestas tam matri, quam patri competit. Quin, quod iam ad matrem attinet, PVFENDORFIVS (h) ipse, licet matri assumtae tantum iuris, quantum patri in liberos et bona eorum, non concedat, neque viuente patre eam bonorum communium administrationem habere prae-supponat; mortuo tamen patre bonorum in commune collatorum et gubernationem et vsum-fructum illi permittit, quia, ipso iudice, bonorum communio per vniōnem prolium inter nouercam viduam et liberos inducitur, quam post mortem patris cum his continuare constat. Unde iis locis, vbi bonorum communio viget, res minus dubii habet. (i) Verum et alibi, vbi bonorum communio inter coniuges non viget, sed vniōnes tamen frequentantur, matri assumtae, nisi consuetudo vel lex quaedam specialis

(h) DE PVENDORF I. c.  
§. 21 p. 494.

(i) DE PVENDORF Tom.  
III. obs. CXIV. CXV.

cialis obstat, haud negandum videtur, quod moribus Germanorum tam viuente, quam mortuo patre ipsi competere vidimus cum potestatis, tum *vslusfructus* in liberos et bonis eorum ius. (k)

## §. XXI.

QVOD EXPRESSIS ETIAM LEGVM ET STATVTO-  
RVM SANCTIONIBVS PASSIM CAVTVM

Et dicta hactenus licet sufficere possent, verum tamen nec incongruum, nec inutile dixeris, si viderimus principiorum nostrorum cum LEGIBVS PROVINCIALIBVS atque STATV-  
TIS diuersorum locorum consensum. Vbi prae-  
monendum est, illa fere indistincte in ore ha-  
bere, quod recta etiam inculcat ratio: vnione  
legaliter facta, liberos et parentes vnitos pacto  
hoc naturaliter tales fieri iure. Vnde sicut cor-  
respectiuam quaedam tam parentum, quam libe-  
rorum vnitorum iura, nisi aliter conuentum,  
per se deriuanda sunt, ita non mirum, quod il-  
la tam quoad *potestatem* parentalem, quam in-  
de fluentem *vsumfructum* passim diserte expri-  
mantur

F 2

(k) *supra* §. V-XIII.

44 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

mantur. Clarissime omnium rem exprimit IUS PROVINCIALE FRANCONICVM s. WÜRTZ-BVRGICVM quoad POTESTATEM: (a) dann erftlichen werden die gemachte Eltern und Kinder vermittelst folcher Einkindschaft dergestalt mit einander verwandt und vereiniget, daß der selbe gemachte Vatter und Mutter diese Kinder gleich ihren rechten und natürlichen Kindern in ihrer Gewalt, Zucht und Gehorsam bekommt. Dagegen seynd die Kinder solchen Eltern zu gehorsamen und gegen ihnen gleich als weren sie ihre rechte natürliche Eltern sich zu erzeigen schuldig. Et alio loco: die rechte natürliche oder eingesetzte und wohlgemachte Eltern, so die Kinder noch in ihrer Gewalt oder bey sich noch obnabgetheilt haben, seynd demselben cet. Item quantum ad VSVMFVCTVM (b) Würde aber diesen verglichenen und abgemachten Kindern von jemand etwas verschafft, ver macht, geschenkt, gegeben, es geschehe gleich durch einen letzten Willen oder in anderen ege, mit der ausdrücklichen Condition und Maas, daß dasselb nicht den Eltern

(a) IUS PROVINCIALE (b) ibid. Part III. Tit. 118  
FRANCONICVM Part. III. §. 6.  
Tit. 118 §. 1.

Eltern, sondern des oder den Kindern eigen seyn und bleiben solle, alsdann ist das Eigenthumb deuselbigen Kinder und bekommen die ELTERN nur den VSVMFRVCTVM oder NIESSVNG so lange solche Kinder noch unverbeyrathet oder unabgetheilet bey ihnen seynd cet. Quo in principiis collineat ORDINATIO REVIRENSIS: (c) Wenn bey der zwischen zwey Ehegatten aufgerichteter Einkindschaft eins solcher Ehegatten verstirbe, welches aus vorhergehender Ehe einige leibnoektige Güter zugebracht, wird die Leibzucht mit dem ablebenden zwar erloschen, jedoch als lange das überlebende Ehegatte die parificirte Kinder alimentiret, (wie oben Tit. 8 §. 7 mit mehreren und in allen Fällen angeführt) geniesset selbiges solcher LEIBZUCHT cet. IUS PROVINCIALE SOLMENSE, (d) definitis quam plurimis vniutorum tam parentum, quam liberorum iuribus et obligationibus de usufructu ita cauet: doch soll der BEVSESS und NVTZBRAUCH an solchen zugefallenen Gütern, gleichwie auch an dem voraus so

F 3  
den

(e) IUS PROVINCIALE SOLMENSIB Part. II. Tit. 20  
REVIRENSB Tit. 8 §. 7. §. 13  
(d) IUS PROVINCIALE

45 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

den ersten oder zweyten Kindern, wie sie oben vermeldet, vermacht worden, dem Vatter oder der Mutter so lang vergoennet werden und bleiben, bis die Kinder denen solche Erbsaelle oder auch voraus gebühren, zu ihrem vollkommenen Alter kommen oder sonst ebelich bestattet werden.  
STATVTA OFFENBVRGENSIA (e) similia fanciunt. Quatenus parentibus vnitis v夫usfrustus competat Francofurti pariter constat ex REFORMAT. FRANCOFVRTensi. (f)

§. XXII.

TERTIA VVSFRVCTVS MATERNI CAVSSA EST  
COMMVNIO BONORVM CONNVBIALIS  
CVM VNIVERSALIS

Quid communionis bonorum appellatio-  
ne inter coniuges veniat, et quotuplex illa sit,  
item, quae sint iura et obligationes coniugum,  
non est, vt hoc loco explicetur, cum vel hi,  
qui primis Iuris Germanici principiis leuiter  
tincti

(e) STATVTA OFFENBVRGENSIA Art. V. VI. apud THIVS in den Anmerkungen III. WALCHIVM.

(f) IUS FRANCOFVRTENSIS Part. II. Tit. 6 §. 2 pag. 569.

tincti sunt, eius rei notione haud destituantur. Quibus suppositis, coniugi superstiti, praesertim vbi vniuersaliter obtinet, plenissimum ius vtedi fruendi competere; (a) nemo in dubium vocauerit, cum ex ipsa notione id non solum fluat, sed etiam vel ii, qui parentalem potestatem inter caussas vesusfructus materni referri non patiuntur atque in alia omnia eunt, communionem tamen illam bonorum pro vera et quidem vnica eiusdem caussa agnoscant, exemplo L. B. DE CRAMER. (b) Si quid est, quod scrupulum iniicere possit, id in *vſusfructus* appellatione latere dixeris, qui res alienas supponit, proprias respuit, quales tamen bona, quae coniux superstites iure dominii tenet, non sunt. Verum, cum ab initio obseruatum sit, sic dictum *vſumfructum* nostrum, talem, qualem Romanii conceptu formant, non esse; (c) iste sa-

ne

(a) Quod vt nemo negat, (b) in den *Wetzlarischen* fed omnes supponunt, ita v- *Nebenstunden Part. XL.* §. 3. sumfructum maternum pro 4. f. pag. 88. 89. 90. effectu communionis agnos- (c) *Iupra* §. 3 vid. omnino cit IVST HENNING BOEHMER b. I. G. ESTOR de *Iure deno-* Tom. III. Part. II. Dec. 174 *lutionis Cap. IV.* §. 6 vbi de pag. 302 nec non Tom. III. differentiis inter *vſumfructum* Part. II. Dec. 196 num. 21 *Germanicum et Romanum,* pag. 341, *inprimis*

ne scrupulus neminem suspensum facile tenuerit. Deinde bonorum communionem post mortem patris a matre cum liberis continuari satis constat. Quamobrem si hi in *condominio* saltem cum matre constituti sunt, vniuersa substantia pro indiviso possessa respectu liberorum aliena videri, hinc *vsusfructus*, qua seruitutis, obiectum esse in tantum poterit. Sin tandem utrique coniugi dominium quoddam *in solidum* tribuere placuerit, ut sunt, qui putant, licet duos vel plures eiusdem rei dominos esse non posse iure civili constet; *vsusfructus* appellatio tamen saluis iuris Germanici principiis non excludabit. Res itaque cum abeat in logomachiam, eidem non immorarum.

## §. XXIII.

in primis vero D.N. BEHR-  
MANN de iuribus et obligatio-  
nibus matris tutricis circa ad-  
ministrationem bonorum a de-  
functo marito relictorum secun-  
dum ius statutarium Hambur-  
gense, cuius commentationis  
Pars I, non ita pridem Goet-

tingae prodit, §. 13 pag. 49.  
Sed vide sis FRIDERICI HOE-  
MANNI *Diss. de usufructu pa-  
rentum statuario*, in primis  
Norico §. 2 pag. 8 seq. ubi post  
SCHILTERVM, THOMASI-  
TM, BEYERVM et HEINEC-  
PARS I, non ita pridem Goet-  
civm egregia.

## §. XXIII.

## TAM PARTICVLARIS.

Ab vniuersali illa bonorum communione quomodo differat particularis et quae generatim sit eius indoles, neminem fugit. Lectores itaque saltem admonuisse sufficiat, quod in controuersiam vñquam vocatum esse cum ignarissimis nescimus, videlicet vsumfructum, quem mater superstes praeter dimidiam aliamue partem acquaestus, et quae esse possunt alia, sibi vindicat, eidem nemine contradicente moribus vel lege competere, hinc vel particularem communionem bonorum inter caussas vsumfructus materni iure optimo referri, his saltem obseruandis, *primo*: quod vbi alterutra communionis species viget, ibi *parentalis potestas* minime esse desinat originaria vsumfructus materni causa, *secundo*: quod communio, quae accessit, non sustulerit, sed aliud fundamentum hoc effectu suppeditauerit, vt matri vsumfructus consequendi causa ad parentalem potestatem recurrere non sit opus, sed vi communionis, vbi viget, pinguori iure frui queat. *Tertio*: quod alterutra communione vigente terminus, quo vsumfructus finitur, non sit aestimandus ex natura vsumfructus, qui ex parentali potestate flu-

G

it

50 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSUFRVCTV

it et cum ipsa hac potestate finitur, sed ex natura communionis, qua, nisi aliud quid obstet, ipse durat ad dies vitae. *Quarto:* quod ususfructus ex communione vniuersali descendens ad *materiale* quem vocant usumfructum proprius accedat, is vero, qui ex particulari nascitur *formaliter* magis talis sit atque ad naturam ususfructus Romani, qui est seruitus in re aliena, magis compositus esse videatur.

§. XXIV.

QVARTA CAVSSA VSUFRVCTVS MATERNI IN  
STATUTORVM SANCTIONIEVS EXPRESSIS

Erutis potioribus ususfructus materni causis iam de statutis legibusque provincialibus admonendi sumus, quorum sanctionibus matri hoc ius quamplurimis locis expresse tribuitur. Et, num in his nova a reliquis distincta lateat ususfructus huius caussa? quaeri potest. Sane beatus C. F. HARPPRECHT tam in dissertatione de usufructu statutario materno, qua consti-tuendo, (a) quam in reliquis ad argumentum hoc spectantibus dissertationibus, veluti: *de im-pedimentis ususfructus statutarii materni*, (b)

item

(a) *Vol. II. Diff. LXXVI.* (b) *ibid. Diff. LXXVII. pag. 1516.* *pag. 1549.*

item: de *vſusfructus statutarii materni eidemque combinatae administrationis adiunctis et effectibus lucrosis*, (c) tandem: de *vſusfructus statutarii materni effectibus onerosis*, (d) vti notione *vſusfructus Romani ius matris aestimauit*, ita commodum hoc fructuarium illi concessum docuit A B IPSA LEGE, (e) sic quidem, vt, nisi omnia nos fallunt, supponat: si non lex expressa vel statutum matri prospexit, eam *vſusfructu caritaram fuisse*. Quamobrem et eum STATUTARIVM vel LEGALEM appellat et *vſusfructu TESTAMENTARIO atque PACTITIO* opponit. Verum quisquis demum in hanc concesserit sententiam, cum eo vt faciamus, impetrare a nobis profecto non possumus. Vbicunque enim locorum matri *vſumfructum ex lege tanquam cauſa efficiente competere HARPRECHTVS* docuit, quin omnibus omnino locis, quibus mater eadem ex lege vel statuto gaudet, illam longe ante sive iure parentalis potestatis, sive iure communionis bonorum *vſufructum*

G 2

ctum

(e) *ibid. Diff. LXXIX. pag. 1609.*

1582.

(e) *ibid. pag. 1522 §. 5*(d) *ibid. Diff. LXXIX. pag. num. 1.*

52 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

ctu hoc gauisam esse, et, tametsi statutum nullum accessisset, gauisuram fuisse, vel exinde patet, quia potestas illa aequa ac bonorum communio inter genuinas huius vſusfructus cauſas iure merito refertur, hinc autem, vbi potestas illa agnoscitur vel communio obtinet, noua vſusfructus materni per legem introductiua constitutione non est opus. Interim si STAVTARIVM dicere volueris, quia statuto confirmatus fuit, vel magis definitam formam pro arbitrio legislatoris ea ratione accepit, vel in partem statutariae portionis euafit, non repugnabimus, atque eatenus pro specie vſusfructus peculiari eum agnoscimus, statutum pro cauſa. Ea quippe ratione et hoc facile patet, vnde iurium et obligationum circa hunc vſumfructum pro legum et statutorum differentia diversitas, quam aliunde, quam ex legislatoris arbitrio vel morum domesticorum non inspecta vel minus cognita ratione intermixtoque iuris peregrini praeiudicio aegre repetieris.

G 3

§. XXV.

§. XXV.

QVINTA CAVSSA VSVSFRVCTVS MATERNI IN  
GERMANIA EST IVS DEVOLVTIONIS QVOD  
PASSIM VSV SERVATVR

Ipsum deuolutionis ius in Germania tam  
hodie quam olim passim vſitatum vſusfructus  
paterni cauſsam eſſe poſſe alibi a nobis obſerua-  
tum eſt. (a) Quod iplum ius, quia vtrumque  
parentem respicit, hoc etiam per ſe efficere,  
ut patre mortuo matri ſuperfifti vſusfructus ob-  
ueniat, aequa naturale ac notorium eſt. (b) Et  
quamuis non vbiuſ ambitu idem ſit ius deuolu-  
tionis, fed alibi etiam ſuperfiftis coniugis bona  
in vniuerſum (c) alibi pro parte (d) tantum  
afficiat, alibi vero respectu bonorum defuncti  
ſaltem (e) obtineat, in eo tamen ſemper obſer-  
uatur huius iuris ratio, quod tam matri, quam  
patri cedat vſusfructus. Loca et prouincias,  
vbi viguit hoc ius, aut hodienum vſu frequen-  
tatur

G 3

(a) in diff. de habitu vſusfr. re deuolutionis, nec non in der  
paterni Seſt. III. §. 26. bürgerlichen Rechtsgebräuch

(b) Quod si hos, qui de Tom. I. cap. II. §. 826.  
iure deuolutionis unquam com- (d) ESTOR ET HOEM UN  
mentati ſunt, euolueris, diſ- in der bürgerlichen Rechtsge-  
ſentientem non inuenieris. laubheit l. c. §. 841.

(c) ESTOR in comm. de iu- (e) IDEM l. c. §. 842.

54 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

tatur, indicarunt Duumuiri celeberrimi ESTOR et HOFMANN (f) neque est, quod addamus, nisi STATVTA OFFENBVRGENSIA, quae pri-  
mum edidit Illustris WALCHIVS. (g)

§. XXV.

DE IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS MATRIS  
FRVCTVARIAE GENERLIA.

Inuestigatis caussis vnde repeti possit vsus-  
susfructus maternus, proximum est, vt animum  
aduertamus ad iura et obligationes, quibus ma-  
trem siue gaudere siue adstringi nemo negat.  
Quemadmodum vero illa maxime consistunt in  
administratione et fructuario commodo, ita v-  
sumfructum maternum pro diuersitate originis,  
ex quo prouenit, nec non pro diuersitate mo-  
rum et statutorum alibi latius patere, alibi ar-  
ctioribus limitibus constringi, neque adeo vni-  
uersalibus regulis omnia definiri posse, haud  
est mirum. Quod et ipsum de obligationibus,  
quibus tenetur dicendum esse in aprico est. E-  
tenim

(f) l. c. Tom. I. Cap. 112 Part. 3 pag. 119 Art. VII.  
et Tom. III. Cap. 112 per tot. quem et vid. in diff. de bonis

(g) in den vermischten Bey. liberorum Lindauensium profe-  
traegen zum teutschen Recht ditiis.

tenim sicut matrem iuribus suis usuram ante omnia parental iofficio per omnia rite defungi, hinc vero alimenta subministrare, educationis curam pro dignitate familiae gerere, circa administrationem summa fide atque industria versari, bona nec alienare, nec dissipare, sed conservare, et siquidem possit augere, aes alienum soluere, elocationi liberorum inuigilare et si forte ad secunda vota transire consultum duxerit, bona restituere passim oporteat, ita pro diuersa morum et statutorum ratione faluo usufructu tutores petere, et admittere, inuentarium confidere, cautionem praestare, et si ad secunda vota transire in animum induxerit, non quidem de creditibus perceptis, bene tamen de ipsa matrimonii substantia rationes reddere eamque restituere et quae sunt alia obseruare teneatur. Quae quidem omnia, ut persequamur, neque animus est, neque per institutum licet. Si quid vero vota nostra possent, vt vbique terrarum per vniuersam Germaniam, in singulis adeo prouinciis, regionibus, ciuitatibus et locis, in quibus subditi diuerso iure circa bonorum communionem connubialem indeque per se fluentem usum frumentum maternum vtantur, eius ratio a viris doctis

56 DISSERTATIO IURIDICA DE VSVFRVCTV

Ctis ad normam legum et statutorum particularium nec non vsum fori cuiusuis publicis scriptis exponeretur, optandum fore, ut non ita pridem in Illustri s. r. i. HAMBVRGENSIVM republica aliorum laudabilia exempla fecutus est IOANNES BEHRMANN in commentarye iuridica de iuribus atque obligationibus matris tutricis circa administrationem bonorum a defuncto marito relictorum secundum ius statutarium Hamburgense. (a)

§. XXVII.

DE DIVERSA QVALITATE BONORVM VSVFRVCTVI MATERNO OBNOXIIS.

Ad obiectum deuenimus, in quo fructuarium hoc commodum locum sibi vindicare possit. Qua in re sicut de rebus mere hereditariis ipsa quaestio minus dubii habet, ita, si penitus introspexeris argumentum, ante omnia dispiciendum videtur; quoniam ex fonte promanet vsusfructus? de quo queritur. Si I) ex sola potestate parentali eum deduci res, locus et circumstantiae suadeant, nihil impedire videtur

(a) Cuius PART. i. Goettingae prodiisse supra adm-

detur quominus, si mater administret substantiam bonorum oneraque fert, neque lex, consuetudo, pactum, vel alia specialis ratio obstat, eum ad omnis generis bona retuleris, neque adeo inter bona allodialia, stemmatica, fideicommissaria cet. imo feudalia statuuntur discrimen, siquidem a natura horum bonorum non videtur esse alienum, ut mater potiatur tutela illa parental, hinc vero etiam usufructu hoc gaudeat. Quae de usufructu patris in bonis liberorum feudalibus alibi diximus, (a) non repetemus. Quantum vero ad matrem attinet, quae de tutela materna feudali dici possunt, et dicta sunt a quam plurimis, (b) hoc loco excutere non est animus. Obiter enim et remissione saltem cum in argumento hoc versari nobis

(a) vid. DISSERTATIO constitutam respiciunt. Quia  
NOSTRA de usufructu paterno vero mater tutrix constituta  
in Hessa §. XLV. Marburgi hoc ipso non amittit ius po-  
testatis parentalis in liberos,  
1771. hic et usufructum illorum.

(b) Tractauit hanc quaestione Dn. DE BRAVN loco saepius citato Cap. IV. §. 2 pag. 133 seq. Quae pVBNDORFIVS Tom. I. obs. CCI. pag. 514 ibique citati de tutela materna in feudis differunt, matrem a Magistratu tutricem hinc et vsumfructum illam si-  
bi eatenus in reliquis posse vindicare, iuris ratio permit-  
tere videtur. Conferenda ita-  
que quae de tutela materna  
differit IDEM Tom. I. obs.  
XLVII. §.4 pag. 121 seq.

## 58 DISSERTATIÖ IVRIDICA DE VSVFRVCTV

hoc loco constitutum fuerit, vel id generatim monuisse sufficiat, absque distinctione: mater tutrix constituta more Romano administret an non? contutores habeat, an secus? quae forte sint leges, statuta, vel mores etiam speciales? pacta adsint, an minus? et quae sunt alia, tanti momenti rem non posse expediri, interim tamen vel hoc certissimum, vsumfructum nostrum, quamvis ratione matris omnis peculiorum respectus cesseret, a natura bonorum non mere haereditariorum, sed vel feudalium, vel stemmaticorum, vel fideicommissariorum non magis abhorrere, quam ipsam tutelam maternam, cuius sane finis in relatione ad bona consideratus sine dubio etiam bonorum non allodialium laudabilem administrationem atque exreditibus suppeditandos sumtus in educationem atque praefandorum onera respicit. Quatenus itaque *tutela parentum* in haec bona cadere potest, eatenus etiam vsumfructum matri competere statuamus, oportet. (c) Si II) vlusfructus talis sit, qui ex *vniione prolium* descendat; citra respectum ad aliam quamcumque vlusfructus caussam sine dubio ratio habenda bonorum et num.

(c) Dn. DE BRAVN l. c. §. i pag. 130.

num eius qualitatis sint, vt pactum successorium, quod vniione constituitur, desuper iniri potuerit. Eatenus enim, non ultra matri nouercae usumfructum competere posse, ex iuris nostri principiis facile est ad intelligendum. Si III) de usufructu materno ex communione bonorum connubiali deriuando quaestio incidat, quae bona legibus, moribus, statutis, pacto in communionem venire possint? dispiciendum esse videtur. Pro locorum diuersitate enim diuersa etiam hic obtinere iura, inter omnes constat, siue vniuersalis, siue particularis communio sit, quae ususfructus huius caussa existat. (d) Si IV) vi STATUTI competit ususfructus maternus, eius tenorem inspiciendum esse patet. Maxime vero omnium ius statutarium in hoc articulo variare pariter manifestum est, hinc vero quibus in bonis mater illo gaudeat? aestimandum. (e) Sicubi tandem V) ex iure deuoluti-

H 2

onis

(d) Conferatar inter alios quod mireris, patri usumfructu MEIVVS ad Ius Lubeckense Part. in bonis filii feudalibus negat II. Tit. II. art. VII. in ADDIT. matri concedit §. XXXI. num ad num. 25 pag. 384. Add. 367.

pariter b. F. C. HARPRECHT

in diff. de usufructu materno (e) Dn. DE BRAVN l. c  
statutario §. XXI - XXII. vbi, Cap. IV. §. 1.

60 DISSERTATIO IURIDICA DE VSVFRVCTV

onis repetendus veniat hic vſusfructus, ad bona,  
quae ius hoc ſuo quocunque loco afficit, respi-  
ciendum; quea tamen omnia preſſius perlequi  
non eſt animus. (f)

§. XXVIII.

DE STATV ET CONDITONE PERSONARVM  
DIVERSA VSUMERVCTVM MATERNVM RE-  
GYALARITER NON IMPEDIENTE

Quod rubro paragraphi argumentum com-  
prehenditur, infimos pariter respicit atque sum-  
mos. Et ut ab illis dicere incipiamus, 1) de  
RVSTICOLIS ante omnia fermo ſit. Hos vero  
parentali potestate, quea tam naturalis, quam  
Germanici iuris eſt, in liberos ſuos pollere, a-  
liquis negare haud fuftinuerit. Vnde tutela  
quoque materna poſt obitum patris, hinc vſus-  
fructus vtroque iure fluit. Quatenus ergo ne-  
que lex vel consuetudo vel pactum vel alia spe-  
cialis ratio obſtat, rusticos fane nemo excluſe-  
rit, quatenus ex iure potestatis in Germania pa-  
rentibus regulariter communi vel aliquis vſus-  
fructus redundare in eos poſteſt, quod ipſum

etiam

(f) VID. ESTOR ET HOF. et Tom. II. §. eod. seq. pag.  
MANN in der teutſchen Rechts- 507.  
gelahrtheit Tom. I. §. 837 seq.

etiam sicuti *vnius prolium* inter eos fuerit initia  
caeteris paribus haud negandum. Porro *bono-*  
*norum communio* quoisque inter generis huius  
homines non exulet, sed locum habere potest,  
pariter consideranda, quod tamen, vbi et quo-  
usque fieri ratio iubeat, hoc loco non defini-  
mus. Statutis vero cum rustici, qui vicos in-  
colunt, non regantur, *statutarium vsumfru-*  
*ctum* eos respicere haud dixeris, quamvis pro-  
uinciali lege vel consuetudine aliquid definitum  
esse possit, quod *vsumfructui* formam det. Qua-  
tenus tandem etiam *deuolutionis ius* inter rusti-  
cos locum habere queat, eatenus etiam *vsum-*  
*fructum coniugis superstitis* inde aestimandum  
esse manifestum est. Quod si II) CIVICI OR-  
DINIS ciuicamque negotiationem exercentes  
personas consideres, *vsumfructus maternus*, ex  
quocunque capite demum is derinetur, locum  
inuenire posse et inuenire minime dubium.  
Quod et ipsum III) de HONORATORIBVS  
(DEN SCHRIFTSAESSIGEN) affirmandum  
esse nemo ambiget, cum parentalis potestas,  
*vnius prolium*, et *bonorum communio* siue con-  
suetudine, siue vi statuti vel legis prouincialis,  
quin *deuolutionis ius* inter eos locum habere  
H 3 posse

possit. (a) IV) Ad NOBILES vero sive E-  
QVESTRIS DIGNITATIS personas quod atti-  
net, fundamentum vllum, vnde vlusfructus  
matri inferioris conditionis possit obuenire no-  
bilium respectu allegari posse, quod eundem  
effectum non habeat, haud dixeris, quamuis  
bonorum communio inter eos saltem in regula  
exulet, vnio prolium rarius occurrat, nec ius  
deuolutionis vbique frequentetur, statuta quo-  
que et mores locorum varient. (b) V) ILLV-  
STRES supersunt, quorum tamen, vt ne obliti  
videamur, quid videatur non dissimulabimus.  
Et illorum intuitu cum exulet *vnio prolium*, bo-  
norum communio, statutorum auctoritas, et ius  
deuolutionis, (c) vix est, vt quaestio moueri pos-  
se videatur. Interim cum parentalis potestas  
etiam relata a nobis sit inter vlusfructus mater-  
ni caussas, quaerere liceat, quaenam sint matris  
illustris

(a) Quatenus iuri deuolu-  
tionis inter honoratores lo-  
cus esse possit? de eo disqui-  
rit ESTOR de iure deuol. Cap.  
*VII.* §. 4.

(b) Quatenus inter nobi-  
les? IDEM ibidem Cap. *VII.*  
§. 5.

(c) Ius deuolutionis ad  
priatos, non ad illustres per-  
tinere testes sunt ESTOR et  
HOFMANN in der bürgerlichen  
Rechtsgelehrtheit der Teutschen  
Tom. *III.* Cap. *CXII.* §. 837  
pag. 509. Quid praetextu e-  
ius tentauerit LUDOVICVS  
*XIV.* Galliae Rex, satis con-  
stat.

illustris, quantum ad fructuarium illud commo-  
duum sive iura, sive obligationes? Quod si iam  
matri post obitum patris cum MOSERO (d)  
omnem denegaueris potestatem in liberos,  
vel saltem cum aliis quaestionem de matris il-  
lustris in liberos potestate ex peregrini iuris  
principiis aestimandam censueris, (e) nullum  
lane matri illustri ad obtinendum vsumfru-  
ctum ex hoc fundamento accedet praesidi-  
um. Sin cum his, qui matri aequae ac patri po-  
testatem in liberos concedunt (f) feceris, abs-  
que difficultate tamen rem haud expediueris.  
Atque in exteris regnis tutelas impuberum Re-  
gum, Principum a matre gestas fuisse tot exem-  
pla ab illustri HELLFELDIO (g) collecta satis  
probant. Neque porro in Germania exempla  
tutelae maternae, quae idem magno numero  
exhibit, desunt. (h) Enimvero ea hanc, quem  
tractamus

(d) In IURE PUBLICO Her. Part. V. cap. IV. Sect. II.  
Tom. XXII Lib. III. Tit. 114 (h) ibid. Part. V. Cap. VI.  
§. 59. pag. 204. 205. et VII. confer IDEM Part. VI.

(e) vid. supra §. VIII. ibi-  
que PUTTERVS atque Dn. etiam b. GEORGIVS HENRICVS  
DE SELCHOW not. q. et r. SYRER in Gynaecocratia tutelarum

(f) viid. supra §. 8 not. (o) viduorum illustrium Part. I. cap.  
(p). III. per tot pag. 145. seq. Goett.

(g) in STRVLL Jurispr. 1746.

tractamus locum respicere, non dixeris. Non enim sermo ibi est de matre educationem, administrationem, regimen ipsum publicamque a deo tutelam *in re parentalis* potestatis capessente, sed de matre, quae iubentibus ordinibus, vel proceribus aut vi testamenti ex speciali capite ad eam vocantur. Quatenus tamen matrem viduam Reginam, Principemque rationibus redendis obnoxiam haud fuisse appetet, vel ipsam hanc tutelam fructuarium dixeris. Quod si distinctione inter tutelam allodialem et feudalem publicam et priuatam rem confidere tentaueris, in regula tamen matrem vi potestatis parentalis ad administrationem seu regimen terrarum et cum ea ad ius percipiendi fructus adspirare nemo statuet. Interim quatenus per obseruantiam vel pacta domus vidua Princeps citra causam testamenti vel Imperatoris auctoritatem, decretum vel confirmationem hinc non more Romano ad regimen terrarum pariter ac ad educationem adspirat atque Principis regentis vices, qua *Vormünderin* und *Regentin* sustinet, nec rationes reddit, eatenus parentalem illam potestatem cum fructuario commodo sese exferere haud inepte dixeris.

§. XXVIII.

## §. XXVIII.

QVIBVS MODIS VVSUSFRVCTVS MATERNVSI  
FINITVR.

Pluribus hoc a Viris doctissimis tractatum argumentum persequi non est animus. Quae vero olim f. c. HARPRECHT (a) inter recentiores autem b. HEINECCIVS (b) et Perillustris Dn. DE BRAVN (c) hac de re in medium protulerunt, ea sunt, ad quae remisste alios possit sufficere. Ne ergo acta repetamus, huius saltem obseruationis nobis detur venia: saepe contingere, ut diuersae vsusfructus materni caussae, vnde ius-hoc proueniat, concurrant; quo sane retuleris maternam in liberos potestatem atque bonorum communionem, quarum haec diuersi generis bona passim respuit, in quibus mater superstes iure potestatis tamen possit habere usumfructum, quem sibi vindicare non possit vi communionis. Vnde consequi nobis videtur ratione modi, quibus ususfructus finitur, maxime esse respiciendum tam ad caussam

I vnde

(a) in Diff. de impedimentis vusufructus flatutarii materni modisque illum constitutum (b) cit. Diff. de ususfr. materno §. 40 43.  
joluendi tom. II, Diff. LXXXII. Etu parentum Part. II. Cap. 5. (c) cit. Comment de ususfru-

66 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

Vnde vſusfructus descendit, quam ad obiectum  
et qualitatem bonorum, in quibus mater hacte-  
nus eodem gauisa est. Etenim bona, in quibus  
mater illum habuit iure potestatis, finita potesta-  
te restituenda sunt liberis, siue id contigerit in-  
stitutione separatae oeconomiae, siue nuptiis  
filiae, siue maiorenitate, siue alia ratione.  
Cum e contrario bona, in quibus mater su-  
perstes vſumfructum habuit, iure communio-  
nis bonorum vſufructui materno cedere et  
conueniat et oporteat ad dies vitae. Quamob-  
rem cum haec distinctio ut plurimum negliga-  
tur, eam hoc loco in medium afferre visum est.  
Ita pone, matrem iure communionis vſumfruc-  
tum habuisse hactenus secundum iura loci in  
profectiis liberorum bonis, aduentitia vero ad-  
ministrasse iure parentalis potestatis. Iam fac ex-  
ire eos de potestate, quid tum? Et iuris analogiae  
haud repugnasse dixeris, si matrem cesante  
vſusfructus materni cauſa ad restituenda bo-  
na aduentitia liberis, obligatam esse, in profec-  
tiis autem, quae in communionem bonorum  
venerunt, eam vſumfructum, quamdiu in vi-  
ditate permanserit, ad dies vitae continuare  
se posse statuamus. Quod si aliter calculum sub-  
duxeris

duxeris, per nos licebit, veniam obseruatio-  
nis impetrasse contenti. Quae postquam scri-  
psumus, opportune incidimus in principium,  
quod iam pridem stabiluerat F. C. HARPRECHT:  
*Finitur insuper vſusfructus ille maternus non  
quoad paterna quidem, sed quoad auita tamen et  
reliqua bona per liberorum matrimonium, institu-  
ta simul separata oeconomia cet.* (d) quem si lu-  
bet, ipſe adi.

## §. XXX.

AN ET QVATENVS IN GERMANIA PRO VSY-  
FRVCTV MATERNO STET PRAESYMTIO?

Et hanc sane, quam mouemus quaestio-  
nem, illi, qui in sola Iuris Romani auctoritate  
adquiescunt, simpliciter negaturos esse nemo  
mirabitur. Sed res ipsa respicere nos iubet ad  
fontes, vnde vſusfructus originem trahit. Qua-  
tenus vſusfructus maternus ex *poteſtate paren-  
tali* potest deriuari, licet nulla alia eiusdem cau-  
ſa concurrat, eatenus, pro eo praelumendum  
esse, tanto tutius statuitur, quanto certius con-

I 2

stat

(d) E. C. HARPRECHT cit. *summariis pag. 1550 conf. pag.*  
*Differit de impedim. cet. Tom. 1567 et 1577 §. 36.*  
*II. Diff. 77 num. 226. 233 m*

stat potestatem illam matri moribus totius Germaniae competuisse, nec hodie, vbi ius Romanum principia ista de statu manifeste non diecit, posse denegari. Ad probationes, quibus matri hanc potestatem asseruimus supra (§. VI-XII.) lectores nostros dum remittimus, non metuendum nobis a *praeiudicio Iuris Germanici*, quo nos seductos sententiam dicere forte videbimur iis, qui Illustris, quondam Viri 10.  
SAM. FRIDERICI DE BOEHMER (a) principia secuti vsumfructum maternum in decisib. forensibus negligendum putant. Tamen si enim, quae Vir *praeiudicio Iuris Germanici*, quo multos occoecatos videmus, nos longe alienos esse, sponte profiteamur, tamen, vbi genuina *Iuris Germanici* principia de aequali matris et patris in liberos potestate contra insultus iuris peregrini in vigore suo persistenterunt, vel saltem, quod exilio mulctata fuerint, haud notorium est: ibi sane per vniuersam Germaniam pro vsumfructu nostro, quatenus ex parentali potestate, quam etiam tutelam dixerunt, flu-

(a) in eruditissimo scripto de causis privatis §. 5 pag. 10  
praeiudicio Iuris Germanici in

it, praesumendum esse arbitramur. Idem de visufructu materno, qui ex *communione bonorum* siue *vniuersali* siue particulari fluit, indicium nostrum esto. Quamuis enim, quae de quaestione: an pro illa communione per vniuersam Germaniam stet praesumtio? pro et contra disputantur, nos minime fugiant, tamen, cum provinciarum, regionum, ciuitatum, terrarum, vbi communio illa inter coniuges in Germania viguit et hodienum viget, tantus sit numerus, ut si comparetur cum his, vbi institutum hoc plane non viguit aut in exilium actum est, non possit non iusta proportione hunc sic excedere, vt si prouincia, regio, terra, ciuitas vna forte nominetur, vbi communio plane fuit ignorata, vel centum recensueris, vbi siue viget, siue viguit; rationibus rite subductis per totam Germaniam pro regula tenendum: in illis prouinciis, regionibus, terris, municipiis, vbi communionem ab antiquissimis temporibus vsu non seruatam vel in exilium actam fuisse notorie hand constat, in iis in dubio valere praesumptionem, pro communione, sola contrarii probatione elidendam. Vnde porro consequitur, quatenus pro communione bonorum alicubi

70 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

stat praesumtio, eatenus etiam pro vsufructu materno eandem valere. Et haec quidem dum faluo aliorum iudicio nobis sedet sententia, nemo ideo nos retulerit in numerum eorum, qui in legum municipalium congerie palladium quaerunt, et contenta eorum pro *iure Germanico vniuersali* et *obligatorio* adeoque pro *regula*, quae sequenda sit, venditant, contra quos grauiter differit laudatissimus BOEHMERVS, (b) ille tamen fere *vniuersalis* legum prouincialium et municipalium tam legum, quam consuetudinum mirificus quoad communionem bonorum consensus vnicuique videtur cum ratione posse persuadere, vt, sicuti in Germania dubitetur, vtrum olim viguerit hoc institutum, an obsoleuerit? in dubio praesumendum sit pro communione, hinc vero eriam pro vsufructu. Et haec quidem de matria potestate et communione bonorum, vsufructus materni fundamentis. Quod si de vsufructu materno quaestio sit, quem ex *vniione prolium*, *iure statutario*, vel *iure deuolutonis* sibi quis velit vindicare, eum praesumptione non iuuari, sed in probationibus praesidium sibi  
quaerendum

(b) IDEM *ibidem* §. VII. pag. 13.

MATERNO IN BONIS LIBERORVM CEST. 71

quaerendum habere, certissimo iudicio statuimus.

§. XXXI.

CONCLUSIO DISSERTATIONIS.

Iam, vt quid in Hassia nostra siue olim obtinuerit, siue hodie mores atque leges ferant, exponamus, ratio ordinis, quem secuti sumus iubet, saltem, vt quid ant'quissimo atque medio aevo aut consuetudo tulerit, aut leges fancierint, postulat. Verum sat graues vrgent rationes, vt filum abrumpamus, et quae in gratiam nostratium, quos domestici iuris cura tangit, tradere coepimus, in aliam, quae sequetur, opellam reiiciamus, vel si huic forte veniam dissertationem minus sufficere intellexerimus, ea quae de origine, fatis et conditione vsusfructus materni in Hassia hodierna dicenda supersunt, duplicata continuatione complectamur.

ERRATA

## ERRATA TYPOGRAPHICA EXTANTIORA.

- Pag. 3 lin. 12 pro mareria lege materia.  
 Pag. 8 lin. 12 ex instituta lege ex initio.  
 Pag. 9 lin. 5 post ROTHMANN adde (f)  
 Pag. 20 lin. 10 concludit lege concludant  
 Pag. 28 not. (b) redigisse lege redigisse.  
 Pag. 32 lin. 3 PARENTALIS lege PARENTALIS  
 Pag. 35 not. (a) Tom. VIII, lege VII.  
 Pag. 42 lin. 18 continuare lege continuari.

ATABE

GENE.

# GENEROSISSIMO RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES

Quod ex auitae nobilitatis prosapia in Te redundat decus, ex gloria eruditionis, qua IOANNES GUILIELMVS WALDSCHMIDT, Academiae nostrae Pro-Cancellarius in orbe literario quondam floruit atque de eo pariter ac Academia nostra in primis bene meruit, insignia recipit incrementa. Virum quippe tantum a Serenissimis IMPERII VICARIIS, qui post fata Diui CAROLI VI, Germanici Imperii fasces per interregnum tenuerunt, HERMANNI VULTEII atque IOANNIS HENRICI DAVBERI itidem Pro-Cancellariorum exemplo illustri, gentilitiae nobilitatis codicillis proprio motu donatum Auum natus es maternum, vnde natales repetuisse magnus honos. In Te enim, qui generis splendorem virtutibus ipse propagare illustrioremque reddere felici successu contendis, deliquum pati noluit natura. Non arma loquor, quibus si aetatem omnem destinalles, ad militaris dignitatis culmen, quo pater Tuus funesto bello, cui Germania omnis vna cum Hassia nostra succubuit, feliciter ascenderat, honesta aemulatione adspirare potuisses, sed de ingenio sermo est, ex quo ab eo tempore, quo studia atque iurisprudentiam coluisti, non tantum scintillae emicerunt optimae indolis, sed etiam igniculi apparuerent, qui iam pridem coaluerunt in compagem bonaे spei

spei, fore, ut ciues Tui plane confidere de Te possint. Non enim quod honori ab omnibus Tibi ducitur, otiosus transegisti academicos annos, sed quid diligentia consequi volentibus detur, laudabili exemplo comprobasti. Ipsius PRINCIPIS gratia sustentatus, hanc, ut promereres, omni nisu allaborasti, atque talem Te exhibuisti, cui vel omnes hoc ipso die, quo Te meum etiam per curricula plurima auditorem diligentissimum in Cathedram deduco, applaudere non dignabuntur. Quem in finem Te hisce compellam, facile intelligis. Fausta quaevis et prospera, si virtutis viam non deserueris arduam, Tibi ominatus specimen gratulor eruditonis, quod publicae dissertationis tuitione in conspectu Academiae cum Procerum eius, tum Commilitonum aliis ad imitandum velut optimum exemplum proponis. In quo cum iam totus verseris, bonis auspiciis Te valere iubeo, de praemissis studiorum, quamprimum illa ex merito tuleris, impense laetaturus. Dabam Marburgi Cottorum  
die xx Iulii anno CHRISTI MDCCCLXXV.

VIRO

VIRO IVVENI GENEROSISSIMO  
RESPONDENTI DOCTISSIMO  
AMICO SVO IN PAVCIS AMANTISSIMO  
SVAVISSIMO

S. D.

LVDOVICVS CAROLVS EBERHARDVS HENRICVS  
FRIDERICVS A WILDVNGEN

OPPONENS

Cum iam in eo sis, Amice dilectissime, ut *Tuorum*  
in iuris scientia profectuum publicum quod-  
dam documentum edere constitueris, omnis profecto,  
quod pietas, quod amicitiae sanctissimum vinculum  
poscit, officii forem immemor, nisi *Tibi* mihique ho-  
de gratularer. *Tibi*, quod ad Themidos arces tam cele-  
ri passu properare *te* omnes obseruent, mihi, quod  
in amicorum *Tuorum* numerum me referre non dedi-  
gnatus sis. Multus quidem in exponendis laudibus  
*Tuis* esse possem, quia vero id modestia *Tua* non  
permittere videtur, ea quae omnibus cognita sunt  
atque

atque perspecta, nunc praetermittam, *Tibi Amicorum* dilectissime de eximio *Tuo* in literis progressu ex animo gratulor, summi Numinis clementiam submisso orans, ut per aeum longe duraturum saluum *Te* velit seruare atque incolunem. Qualescunque *Tui* labores, negotia consiliaue fausto semper atque exoptatissimo gaudeant euentu, sic in patriae, sic in amicorum sic denique in communem utilitatem haud vulgarem *Tuam* eruditioiem conuertere poteris, sic denique non cruda, sed solida studia in forum propellens, veri Icti sanctissimum nomen summa laude reportabis, spemque dulcissinam, quam de *Te* o mnes ceperunt, praeclare adimplebis. Vnicum tantum illud *Te* rogo atque obsecro, ne mei aliquando, mei, inquam, qui tam ardenter, tam sincere *Te* diligit, obliuiscaris. Vale, amicorum desideratissime, mihique semper fauere perge. Dabam Marburgi Catorum die XIIII. Iulii MDCCCLXXV.

Tu celeri passu Themidos nunc tendis in arces  
Splendida sic virtus praemia semper habet  
Vtore sorte Tua; at nobis, dulcissime Wurmii,  
Quo nos prosequeris, semper amore faue.



X2338853

ULB Halle  
007 362 676

3



KDP





B.I.G.

Nr. 30. num. 24. 5

DISSE<sup>5</sup>RAT<sup>19</sup>O IVRIDICA  
DE  
**VSVFRVCTV MATERNO**  
IN BONIS LIBERORVM  
SECUNDVM IVS GERMANICVM  
GENERATIM ET REMISSIVE

1775, 4.

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO ATQUE POTENTISSIMO PRINCIPE  
AC DOMINO

*P. 241*  
**DNO FRIDERICO II**  
HASSIAE LANDGRAVIO RELIQUA

PRAESIDE  
ACADEMIAE PROCANCELLARIO  
**D.AEM.LVD.HOMBERGK<sup>ZV</sup>VACH**

SERENISSIMO IN REGIMINE AB INTIMIS  
UTRIQUE CELSISSIMAE DOMVI HASSIACAE  
IN IUDICIO AVLICO A CONSILII  
IVRIS PROFESSORE PRIMARIO

AD D. XXVII. IULII ANNO MDCCCLXXV.

H. L. Q. S.

PVBLICAE COMMITTONVM DISQVISITIONI

GVILIELMVS FRIDERICVS A WVRMB  
EQVES SAXO MARBURGO HASSVS

MARBURGI CATTORVM  
EX OFFICINA MALLERIANA

